APOLOGIA

Pro Ministris in Angliâ (vulgo) Non-Conformistis,

Ann. 1662. *Aug.* 24. *die Bartholomæo dicto, ejectis.*

Adversus argutiolas putidasque calumnias Durelli, Ellisii aliorumque.

Per Irenæum Eleutherium A M. ex Academia Cantabrig.

---

2. Corinth. 4. 8. 9.

Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. Διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι.

2 Corinth. 6. 8. 9. 10.

Διὰ δόξης, καὶ ἀτιμίας· διὰ δυσφημίας, καὶ εὐφημίας· ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς· ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι· ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν· ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι· ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες· ὡς πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες· ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες.

ELEUTHEROPOLIS.

Anno Æræ { Christianæ 1664. / Bartholomææ. 2r

Si peccant qui, potius quam res illas sibi contra conscientiam obtrudi patiantur, cedere Ecclesiis malunt: multo majori reatu coram Deo & ipsius Angelis tenentur, si qui greges Pastoribus privari, & desertis a Pastoribus Ecclesiis horrendæ dissipationis fundamenta jaci potius sustineant, quam Ministros alioquin inculpatos hoc potius quàm illo habitu vestitos cernere & nullam potius alicubi famelicis oviculis cænam præberi quam genuflexionem omitti. *Beza. Epist.* 8. *va.*

Si Ministris non tantum ut ista tolerent præcipitur, sed etiam ut ea tanquam recta, vel Chirographo comprobent, vel suo silentio foveant, quid aliud suadere possimus, quàm ut de suâ innocentiâ testati, & omnia remedia in timore Domini experti manifestæ violentiæ cedant? *Idem Epist.* 12. *mâ.*

Lectori

Lectori in Librum.

Qualia noſtrati contingunt tempora Clero?
Omnia cum liceant, non licet eſſe pium.
Protea ſi quis agat, formas aptatus in omnes,
Pœnas qui meruit ſolvere, dona refert:
Perſtet at immotus rigidi ſervator honeſti,
Condemnata, verens, mente, probare manus,
Protinus evadit nocuus, privatur honore
Paſtor, & a ſacro pellitur officio.
Nec ſatis hoc pœnæ eſt, inſontia ſola ſuperſtes
Figmento vario contemerata jacet.
Audent oppreſſis nihili inſultare. Sophiſtæ,
Quêis ne ſit verax lingua, negâre boves.
Mendaci calamo pro fidis fundere voces
Pergunt commentas, & ſine fronte dolos.
Livida Mangonum nudata ſophiſmata, & artes
Detectas mirâ dexteritate velis?
Doctorum ſcripta in ſenſus perverſa malignos,
In proprios, æquo jure refecta cupis?
Obtrectatorum convulſa volumina, in hoſtes
Denique vaniloquos tela retorta petis?
En nuce tantillâ Iliadem! *parvum ecce Libellum!*
Qui magna hæc operum juſta peracta dabit.
Veracem invenies citra fucoſve, doloſve,
Dum fidei intactæ ſimplicitate micat;
Nam neque corrupti teſtes, infirma fugati
Fultura erroris, commaculâre ſchedas,
Nec mala, projecto, mendacia cuſa, pudore,
Arma inimicorum, per ſua caſtra volant.
Major at apparet Momo, quo Numen adorat
Zelo, quo fratres Author amore colit.

Musa supervacua est igitur, præconia laudum
Ornata, est Domino, Sparta *datura suo.*
Quêis tamen haudquaquam caret ille, probatur abundè
Doctrinâ doctis, & bonitate bonis?

In Æram Bartholomæam.

* *Perpictas*, teneros stravit, *Salpista*, puellos,
Tristis & *Hammelicis Æra* suborta viris:
Tristior at nobis *Epocha* est, quêis *versicolores*.
Hydraulæ fidos abripuere *Patres*.

V. V. Cantabrigiensis.

* *Wierus de Præstigiis Dæmonum lib. 1. cap. 16.*

Corrigenda.

Epis. p. 4. l. 22. del. non. l. 25. ins. (non) post (si) p. 43. l. ult. l. rationem secularem sequuta. p. 55. ult. l. Christo. p. 74. l. 8. l. insultandi. p. 93. l. 14. l. obtestor. p. 103, l. 11. l. ἀρτολατρία p. 124. l. ult. l. consultanda. p. 125, l. 29 l. quas p. 141. l. τῷ λύτρῳ ϛ.

Ioanni

Iohanni Durello Cætus Gallici in Sacello Sabaudico Anglicano Pastori S. D.

I. E.

CUm Librum tuum primo legerem, (Reverende Durelle) nihil minus cogitabam, quàm in eo refutando vel unicam horulam collocare, speravi enim futurum, ut calumniarum tuarum portentis sua absurditas fidem omnem adimeret; ast ubi comperi molem illam mendaciorum a *Stradlinio*, & *Molinæo* laudari, & suspicio esset te ex silentio nostro animum & spiritus sumere, manum calamo admovi, imploratâ tamen prius divinâ gratiâ, ne quid mihi inter scribendum excidat, quod a Christianâ moderatione abhorreat: neque enim *pro Christo* bellum gererem, nisi *secundum Christum*, qui mitis est, & pacatus, dimicarem; Verum cum in præstantissimos Dei servos prælicenter arietes, & *Presbyterianorum* tergis petulanter inequites, non est quod ægrè feras si mordaciori veritate aures tibi quandoque radantur. Duplicem cum errantibus agendi viam præivit & præscripsit *Apostolus Iudas* Epistolæ suæ versibus 22. 23. Καὶ ὃς μὲν ἐλεᾶτε διακρινόμενοι, ὃς δὲ σῴζετε ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες. Leniter tractandi sunt qui re diu & diligenter apud se expensâ, ex quadam animi infirmitate errant & decipiuntur: Si qui id unum agunt, ut ex aliorum insectatione famam aliquam sibi concilient, eos nunquam in viam revo-

caveris, nisi ἀπὸ τόμως reprehendas; In posteriori hac peccantium classe te collocandum esse, utinam quælibet tua pagina non ita nimis attestaretur. In epilogo, vociferaris, *Presbyterianos, ex omnibus qui reformatam, religionem profitentur, sectam esse singularem cui similis sub Sole non existit.* Dicis etiam. *Si in ullâ aliâ essent Ecclesiâ, necessum esse, modo principiis suis stare velint, ut sint nonconformes, & evertant omnem bonum ordinem illic constitutum.* Quis verò vel inter tuos paulò cordatior ferat tot Theologos a te damnari? a te (inquam) qui controversiarum nostrarum statum, vel prorsus dissimulas, vel penitus ignoras. Etiam *lippis & Tonsoribus* notum est, exigi ab iis qui per classem Presbyterorum ordinati sunt, *ut denuo ordinentur Presbyteri per impositionem manuum, & quidem istâ verborum formulâ, Recipite Spiritum Sanctum, quorum peccata remiseritis &c.* imò *ut creentur Diaconi, & palam profiteantur se a Spiritu Sancto moveri ad illum gradum Diaconatus suscipiendum, in quo etiam tenentur per integrum annum permanere, nisi Episcopo ob graves causas aliter videatur*; At profecto si Romanæ Ecclesiæ Legati (toto concilio Chalcedone congregato approbante) recte pronunciarunt ἱεροσυλίαν εἶναι ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου κατάγειν βάσθμον majus erit Sacrilegium, ut Presbyterio per multos annos probè defunctus ad Diaconatum detrudatur. Tuum erat fratribus tuis eximere hunc scrupulum, quod adeò non facis, ut per summam

mam calumniam fingas pag. 202. Quæstiones hodie in Angliâ agitatas ad quatuor capita posse revocari. 1mo *An Episcopatus sit licitum regimen in Ecclesiâ Christianâ?* 2do *An præscriptæ precationum formulæ usurpari possint?* 3tio *An sit penes quamlibet particularem Ecclesiam nationalem leges ferre de extantis circumstantiis, ad cultum Dei pertinentibus? & an obligentur privati ad præstandam obedientiam talibus legibus?* 4to *An debeat esse uniformitas in particularibus rebus cujuslibet Ecclesiæ nationalis?* At vide quæso quo te transversum rapuerit vitilitigandi impetus; Serenissimæ Regis Majestas, in *detestatione de rebus Ecclesiasticis*, agnoscit eos quos tu fugillas *non adversari Episcopatui, Præscriptas precationum formulas non damnare*; & patet utrumque ex chartulis propositionum quas Regi obtulerunt Theologi quos in consilium adhibuit: neque unquam incidi in Presbyterianam, qui quæstionibus tuis tertiæ & quartæ, prout a te proponuntur, non responderet affirmative; Adeo non erat cur de cælo suo descenderent Christi Heroes ad hæc dubia decidenda. *Potest & debet Ecclesia leges ferre de circumstantiis quibusdam externis, non potest nec debet instituere ritus Symbolicos & doctrinales*, ii enim non sunt circumstantiæ, sed partes cultus externi. Potest Ecclesia uniformitatem urgere, *sed in iis, quæ fundantur in lege divinâ, vel naturali, vel positivâ non in iis, quæ vel caritati vel libertati Christianæ contrariantur, sed nec in iis, quæ nullam*

lam adferunt utilitatem. Alioqui quis erit præceptorum Eccleſiaſticorum modus? Dicam planè, & ad captum tyronum logicorum, poteſt Eccleſia determinare de *ſpecie*, ubi Deus determinavit de *genere*, de *individuo* ubi ille de *ſpecie*: hoſce limites ſi tranſcendat, nimium ſibi arrogat. Deus præcepit ut fiat applicatio aquæ baptiſmalis ad baptizatum, eſt in manu Eccleſiæ *ter* aut *ſemel* hanc applicationem facere. Proba Deum ullibi præcepiſſe, ut Sacerdos induatur *veſte Symbolicâ*: ultro largiemur penes Eccleſiam eſſe ſtatuere de colore & formâ, at nullibi probâſti Deum præcepiſſe, ut *veſte myſticâ* & *doctrinali* indutus miniſter ſacra faciat. Videris valde deſudâſſe in colligendis teſtimoniis, quibus probes tranſmarinos vel laudare, vel ſaltem non damnare Hierarchiam Anglicanam: quàm infæliciter lubet tibi uno dilemmate oſtendere, *Vel credunt Paſtores tranſmarini ordinationem fieri poſſe validè abſque Epiſcopo* κατ' ἐξοχὴν *ſic dicto, vel non credunt: ſi credunt, Ergo non arridenti iis Epiſcopi, qui omnem tum juriſdictionis tum ordinis poteſtatem ſibi ſolis vendicant* ὅπερ ἐδὲ θέλομεν, *ſi credant quid eſt ergo, quod non fateantur, temerè eos hactenus & abſque omni vocatione ſeſe in munus ſacerdotale ingeſſiſſe? Quid eſt quod non advelent Angliam noſtram, ut per impoſitionem manuum Præſulum recipiant Spiritum Sanctum?* Sed hæc clarius ediſſeruntur in ipſâmet *Apologiâ*, quam ideo Latinam prodire volui, ut conſtet etiam exteris, per *presbyterianorum*

lateræ

latera omnes Ecclesias Reformatas confodi, & eos, qui sub odioso Novatorum titulo vapulant, ne latum quidem unguem discedere a veterum Protestantium doctrinâ. Hoc si obtinuero, gaudebo laboris mei successu: sin minus, solabor me boni propositi conscientiâ. Clamabis tu, hac ratione refricari vulnus dissidii & Matris meæ faciem deturpari: verum ego didici pacifici Theologi nomen perdere, ne conscientiam perdam. Expectant me carceres & exilia, verum hisce non commoveor, imò nec vitam meam mihi charam duco, si afflictæ innocentiæ aliquâ ex parte patrocinium præstare possim. Deum Optimum Maximum veneror, ut velit acceptilare quod suum, ignoscere quod meum est, Idem Deus faxit ut tu Durelle diei in quo reddenda est ratio περὶ πάντων σκληρῶν quæ vel effutiisti, vel conscribillâsti, recorderis, & resipiscas. Vale.

Syllabus rerum.

REbellio Non-Conformistis falsò imputatur p. 2. 3. Item Hæresis p. 3. 4. Durelli calumnia neglectæ Cænæ Dom. diluitur, p. 5. 6. Item orationis Dom. p. 7. 8. 9. & reverentiæ in precibns fundendis debitæ, An preces fieri debent facie ad Orientem conversâ p. 9. 10. 11. 12. 13. Omnem Hierarchiam nunquam ejurârunt Pres.

De Reordinatione. Improbatur Reordinatio

natio p. 14. 15. Fulwoodus obiter perstringitur p. 16. 17.

An formulæ precum sunt rigide imponendæ. De precibus ante concionem contra Heylinium. Iudicium Ecclesiæ Christianæ tum antiquæ, tum nuperæ de præscriptis formulis a p. 18. ad p. 34. Apolonii judicium de libro Liturgico p. 35. 36.

In Festis quid displiceat. Deque Festorum antiquitate & necessitate Ecclesiarum Christi Sententia a p. 36. ad 49.

De scriptis Apocryphis, an legenda sint in Templis p. 50. 51. 52.

De superpelliceo. Malè præcipitur p. 52. 53. 54. 55. 56. Non potest bonâ conscientiâ usurpari p. 57. 58. Puritanis Ecclesiis non fuit in usu p. 58. 59. Ecclesiarum Reformatarum de eo opinio p. 60. 61. P. Martyris, Bucerii p. 62. 63. 64. 65. Ioan. Alasci literæ 66. 67. 68. 69. Ecclesiarum Lutheranarum (saltem primarum) sententia a p. 70. ad p. 78.

De Antiquitate Doxologiæ dictæ *Gloria Patri*, An toties repetenda sit, & An assurgendum quoties recitatur p. 80. 81.

De reverentia Evangeliis præ Epistolis exhibitâ p. 81. 82.

Genuflexio ad nomen Jesu non fundata in Phil. 2. 10. p. 82. 83. Aliis ecclesiis Reform. non est in usu p. 84. 85. est superstitiosa p. 85. 86.

Mos legendi letaniam est absurdus. p. 86. 87.

De Altaribus p. 87. 88.

De Alterationibus in hac novâ edit. lib.

Liturgici p. 89. 90. 91.

De genuflexione ad S. Mensam, p. 92. 93. Ubi de eo gestu exterorum mens. De nimiâ Hierarchicorum incuria in admissione ad S: cænam p. 94. 95. 96. Ubi de more eam morituris tribuendi, ut & de hac re Theolog: mens p. 97. 98. 99.

De nimia incuria in admittendis ad Baptismum *jure* excommunicatorum filiis p. 100. de susceptoribus ibid. quatenus ab Ecclesiis Reform. admittuntur p. 101. 102. De signo crucis in Baptismo. Quod sit illicitum p. 102. 103. 104. 105. De usu istius signi in summis Templorum turribus exterorum mens p. 105. 106 Major vis ascribitur Baptismo quam par est, & Elisii argutiolis respondetur p. 106. 107. 108. 109. 110.

Plurima de hisce rebus Durelli testimonia nihil ad rem esse p. 110. 111. 112.

De lectione Psalterii, ut jam punctatur, ubi de Musicâ Organicâ. Quod omni Ecclesiæ primitivæ authoritate destituitur p. 112. 113. 114. Schoockius obiter notatur p. 114. 115. 116. 117.

De libro de ordinandis Diaconis, Episcopis &c. Ubi de inæqualitate episcopi & presbyteri inibi admissâ. Non admitti ab Ecclesiis Lutheranis, ut nec Reformationibus fusius probatur a p. 118. ad p 139.

Quo sensu istum Regis Titulum, *Supremum* sc. *Ecclesiæ Caput*, presbyteriani admittunt. p. 141. 142. 143.

Lecto-

Lectori.

Propter authoris absentiam, & exemplar minus nitidè conscriptum, nec non Typographi imperitiam irrepserunt in hasce schedas Errata quamplurima, minoris momenti σφάλματα si emendarem, tuo (quod absit) judicio & candori diffidere viderer, quæ molestiam tibi inter legendum creare possunt sic corrigenda sunt.

P. 3. l. 16. leg. *cum missum*. p. 10. l. 9. leg. *execretur*. p. 23. l. 26. leg. *Symbolizaret*. p. 13. l. 24. leg. *omni*. p. 14. l, 2. pro *sed*. l. *vel*. l. 8. *quidam e nostris*. p. 26. l. 1. leg. *supereminens*. p. 18. l 23. l. & *ordinationis*. l. 24. l. *Contentam*. p. 23. l. 24, l. *habentur*. l. 25. l. *geflu*. p. 25. l. 30. l. *ridetur*. p. 28. l. 11. l. *Hierem*. p. 32. l. 2. l. ἀπὸ τοῦ μίαν, p. 33. l. 11. *conveniretur*. p. 52. l. 30. l. *administranda cæna*, & p. 78. l. 13. l. *duo* p. 90. l. 10. l. *Ecclesiâ*. p. 91. l. 28. l. *imo τὸ licitum*. p. 9[illegible] l. 22. l. *tradituros*. p. 96. l. 9. l. *at cum Gardian*[illegible] p. 100. l. 9. l. *eum qui*. p. 101. l. 21. l. *rei sacr*[illegible] p. 136. l. 25. l. *patres*. p. 137, l. 13. l. *ille cui*[illegible]

Clarissimo Amicissimoque

Viro

THEOPHILO PRUDENTIO,

I. E. Salutem. D.

Uæsisti a me (Reverende vir) quidpote rei sit quod nos Presbyteriania beneficio (& quod longe gravius est) ab officio suspendamur. Celebris sane quidem quæstio, multumque (uti videtur) apud exteros agitata, cui tamen quidpiam ut respondeam vix a me obtineo sive enim aliquid pro formâ scribendum sit, multi me melius illud possunt præstare, sive aliquid pro argumenti dignitate, vereor ne omnibus silendum foret: interim quia mones veri nos ab Hierarchicis in hominum monstra, & metuendum esse ne a fratribus tiranmarinis

marinis ex communi famâ (quæ afflicti nusquam non inimica est) æstimemur; non pigebit acerbissima convitia, quibus proscindimur, procul amoliri, veraſque deprivationis nostræ causas & aperire, & publici juri facere: quo nomine si audaciæ crimen admittam utrique nostrûm profectò commune erit; neque enim majori mihi vitio vertent æqui rerum judices, quod provinciam viribus meis imparem in me susceperim, quam tibi, qui non destitisti orare, usquadeo donec perpuleris.

Imprimis *læsam Majestatem* falsò nobis objectari, testibuntur ipsi adversarij, nisi apud quos pudor omnis & honesti reverentia plane decocta est; testantur saltem lachrymæ quibus decollato Carolo I.mo patentarimus; testantur assidui conatus quibus restitutionem Caroli 2.di enixi sumus, cui reduci fidelitatem læti lubentesque vovimus; testantur denique preces, quibus etiamnum in privatis familiis Deum veneramur, ne unquam desit e *familia Stuartorum*, qui *Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hyberniæ* Monarcha audiat, quinimo Regem, *fidei defensorem, in omnibus causis, & supra omnes personas, tam Ecclesiasticas quam civiles supremum caput & gubernatorem, faciles agnoscimus*: quod si in omnibus ante concionem orationibus, hosce titulos non recensuimus, non eramus idpropter mentis ad rebellionem propensæ (in præ-

fat.

at. ad opera quædam posthuma Armachani) ab episcopo Lincolnienſi postulandi, cum nec ipsa Liturgia Anglicana ullibit Regis titulos enumeret, contenta eum simpliciter Dei servum, noſtrumque Principem tremendum appellare. Videatur de hoc conſcientiæ caſu Voet: de pol: Eccl. p. 505.

Sed nec *Hæreſeos* notam ſine ſumma injuria inurunt nobis Prælatici, recipimus enim *tria Symbola*, quicquid *primitiva Eccleſia unanimi conſenſu tanquam articulum fidei neceſſarium credidit, idem nos credimus*, evolvas (clariſſime Theophile) ubi otium fuerit, *confeſſionem fidei*, quam elaboravit conventus theologorum Weſtmonaſterienſis, reperies eam cum aliarum eccleſiarum confeſſionibus optime conſpirare: (cum miſſum eſſet Exemplar hujuſce confeſſionis Petro Molinæo, reſcripſit Rev. ſenex ſe nunquam perfectiorem vidiſſe: nec minus honorificè de ea ſenſit, incomp: Uſſerius: At excuſum eſt Genevæ, An. 1654. *Corpus & Syntagma confeſſionum fidei*, in quo extat Anglicana fidei confeſſio in articulis de quibus conveniebat inter Archiepiſcopos & Epiſcopos utriuſque provinciæ & Clerum univerſum in Synodo Londinenſi anno Domini 1562. Nullâ factâ mentione confeſſionis Weſtmonaſterienſis, quid tum poſtea? Hoc facto, ait Durellus pag. 173. *Satis teſtata eſt Eccleſia Gene-*

vensis se improbare Presbyterianorum opinion adversus Hierarchiam, improbare etiam eoru pretensam Parliamentariam, & Synodicam A thoritatem; imò inquam, neutrum horu testata est, Confessio Westmonasterien non ante annum 1656. Latinitate donata c Fa forrean causa cur desideretur in edition Confessionum quam accurârunt Geneven ses anno 1654. in prima Confessionu Harmoniâ frustrà quæsivisses Confessi nem Scoticenam, quia tunc temporis no aliâ quam Scoticâ linguâ extaret, ea postquam nobilissimus vir ac pietate insign in Latinam linquam transtulisset, Harmoni Confessionum inseruerunt Genevenses ann 1612. præfixâ præstantissimi interpretis p & utili sive admonitione sive observation quam lectorem non celabo: *Est Scoticanæ E clesiæ Privilegium rarum præ multis, in que tiam ejus nomen apud exteros fuit celebre, que circiter annos plus minus 54. sine Schismate n dum Hæresi, unitatem cum puritate Doctrin servaverit & retinuerit. Hujus Unitatis adm niculum ex Dei misericordiâ maximum fuit, qu paulatim cum Doctrinâ Christi & e Apostolor disciplina sicut ex verbo Dei præscripta est, u fuit recepta, & quam proximè fieri potuit, cundum eam totum regimen Ecclesiasticum fu administratum: hâc ratione omnia Schismatu atque errarum semina, quam primum pullula aut se exerere visa sunt, in ipsâ quasi herbâ*

par

partu sunt suffocata & extirpata: hæc ipsissima verba occurrunt in ultimâ Genevensium editione; unde proclive est colligere, eos Ecclesiam Scoticanam (cui nihil invisius quam Episcopus Dioecesanus) aliis Ecclesiis non adæquare modo sed & anteferre. Et quia in Genevenses tam commode incidimus, non abs re erit advertere quibus verbis Lectoribus exhibeant articulum Confessionis Anglicanæ de Ecclesiæ authoritate: *Ecclesiæ non licet quicquam instituere quod verbo Dei adversetur, neque Vnum Scripturæ locum sic exponere potest, ut alteri contradicat, quare licet Ecclesia sit divinorum librorum testis & conservatrix, attamen ut adversus eos nihil decernere, ita præter illos, nihil credendum de necessitate salutis obtrudere potest*: nec vola hîc nec vestigium clausulæ illius, *Ecclesia potest instituere ritus & ceremonias*, nec sanè extat illa clausula in articulis Eduardi 6ti. aut in articulis Elizab. ita ut possibile sit obtrusam esse Ecclesiæ præsulum audaciâ in illâ tamen cauâ suæ proram puppimque ponunt Hierarchici.

Sacram cænam non modo singulis mensibus, sed & singulis septimanis celebrari nobis perplaceret, nisi mysteriorum frequentior usus contemptum apud plebem pareret: & tamen Durellus pro suâ mentiendi & maledicendi libidine, scribere non erubuit *eos, qui inter Orthodoxos nomina sua profitentur, vel*

penitus omisisse Eucharistiæ administrationem p
multos annos in plerisque paræciis trium regn
rum, & in utrâque Academiâ (in Oxoniensi p
duodecem & quod excurrit, annos, nulla era
communio) aut saltem ad eam invitâsse selectas
quasdam personas, interdicentes aliis, quorum
exterior conversatio erat sobria, honesta, & pia
pag. 44. Quid faciam homini tam gravite
impudenti? in plerisque paræciis trium re
gnorum abstentum a communione per mul
tos annos? nescio an de ullâ paræcia regn
Scotici hoc affirmari possit: in Anglia nostr
fana & suggesta aliquam multa a sectariis e
rant ex toto occupata, in istiusmodi paræcii
qualiter paracta sint sacra, referre pudor est
at pastores Presbyteriani (de plerisque & ce
leberrimis intelligi hoc volo) non magis sa
cramento quam verbo greges suos defraudâ
runt; civitas Londinensis, si quæ alia ad Pres
byterianorum modulum erat efformata, in e
primâ cujuslibet mensis Dominicâ distribue
batur corpus & sanguis Christi, & sanè cum
per Eucharistiam revocetur in animum pas
sio Christi, quæ vitam æternam nobis pepe
rit, confirmetur atq; augeatur fides per quam
Servatori adunamur, nescio an quis ritûs il
lius celebrationem vel contemnere vel infre
quentèr usurpare possit, sine gravi scelere &
manifesto salutis dispendio: Fieri quidem po
tuit ut Cantabrigienses non pauci, cum Gro
tii vestigia premerent, rem esse minimè ne
cessariam

cessarium crederent, *communicare per Symbola*. At Oxonii per duodecem annos ne semel quidem celebratam esse Synaxin, putidum est mendacium; habitæ sunt frequentissimæ synaxes ab Hierarchicis rigidioribus, & Congregationalibus in privatis cameris, a Presbyterianis, & moderatioribus Hierarchicis in Collegiorum sacellis, & in publicis templis: hæc si fronte perfrictâ millies inficietur Durellus plures oculati testes & fide digni coram affirmabunt: illa verò quam effrons est calumnia, arcere Presbyterianos a communione Sacramentali eos quorum vita est inculpata, legantur *directorium cultûs*, *declaratio Fidei*, *cathechismus major* constabit eam semper fuisse *Classicalium* sententiam, *neminem dignè participare corpus & sanguinem Christi, qui non est fide præditus, quem non pœnitet peccatorum suorum, qui non totus amore Christi incenditur: posse tamen in Ecclesiæ externæ communionem admitti, qui verâ sanctimoniâ destituuntur, modo sint integri vitæ, sceleriſque puri, sigilla fœderis nullis esse deneganda, nisi qui ignorantiâ vel hæresi vel impurâ conversationne Christianismum dehonestant.*

Sed & alia neque vera neque verisimilia nobis effingit Durellus, quale est illud pag. 37. *Directorianos plerosque si non omnes orationem dominicam per longum tempus in cultu publico non usurpâsse*: erat quidem in

Angliâ Theologus nominatissimus, *Academiæ Oxonienſis* per *Quinquennium Vicecancellarius*, qui censuit orationem Dominicam non præscriptam esse, ut formulam verborum a nobis in precatione observandam, sed ut exemplar vel ideam juxta quam orationes nostras dirigere debemus, atque hæc opinio tam altè animum insedit suum ut semel cum divinissima illa verborum formula a Presbyteriano recitaretur, caput induere non vererentur, illi ut subpalparent contionatores quidam in Academico templo orationem Dominicam nunquam recitârunt, sed preces suas ad illius normam, a'iis verbis conceptas, ad Deum fuderunt; sed nullo hoc Presbyterianorum vitio accidit, quorum aliqui præsente magno illo viro, orationem dominicam cum suis conjungere non dubitarunt, aliqui prò eâdem apologias evûlgârunt elucubratissimas; & sanè nescio, an unquam extiterit verè nominis Presbyterianus, qui eam ipsam orationem, quam Christus Discipulos docuit, Deo sæpius non offerret. Robinsonus Brownistarum Primipilus Apol. cap 3. Non dubitat *Quin ritè & piè usurpari possit in precando Deum hæc ipsa verborum formula, modo absit opinio partim necessitatis, quâ sese astringi putant superstitiosi homines voculis & syllabis, partim perfectionis, quâ plurimi existimant, se tum Deum perfectè precatos esse quando hanc formulam concepti verbis recitarunt.* Cum vix aut

ne

ne vix quidem possit quis omnia quæ ad vitam & pietatem spectant particulatim a Deo petere, mihi tutissimum visum est quâ publicè, quâ privatim, preces meas istâ oratione concludere, ut quæ in iis omisi, summatim a Deo postulem: si tamen aliqui meæ non accedant sententiæ, non ausim eos ex albo Christianorum delere. Ecclesia sanè antiquissima in cœtu promiscuo qualem vulgò in Anglia habemus, non recitavit orationem Dominicam, eâ enim usi sunt veteres ad sacrificium faciendum, quod non antea celebratum est, quam recesserunt catechumeni & pœnitentes.

2. Comminiscitur Durellus *Presbyterianos valdè irreverenter precari in cœtibus suis, pautissimis genuflectentibus, multis ne pileos quidem exuentibus, sed vel nullam partem capitis nudantibus vel tantum verticem*, pag. 144. & ne fidem non faciat, ait *ipsum se hoc observasse*: ego etiam observavi quosdam liturgicos diebus Dominicis ad cœnopolas & potivendulos se conferre, quosdam confabulari & ridere in cœtu publico, nolo tamen in totam Hierarchicorum familiam istam fabam cudere, neque erat quorundam Phanaticorum irreverentia Presbyterianis objectanda; certè veneramur apostolicum illud 1. Cor. 14. 40. *omnia fiant εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν*, adeoque auditores nostros submonuimus diligenter, ut vel stantes vel genua flectentes

orent, qui uterque gestus satis exprimit reverentiam & in scripturis patribusque fundamentum habet, quod infinitis pænè testimoniis (si instituti mei ratio pateretur) probare possim. Si quos observavit Durellus inter precandum vel sedere vel caput tegere, ii inter Presbyterianos erant potius quam e Presbyterianis, nemo enim est paulo cordatior qui rusticitatem istam non exec[illegible]etur; absit interim ut dum irreverentiam vitamus incidamus in superstitionem, a quâ nescio an immunes sint quibus religio est eodem corporis situ in recitandâ oratione Dominica uti, quo in aliis precibus fundendis usi sunt. Idem statuendum est de iis qui precantur facie versus orientem conversâ, si quidem ex aliquâ mistici & sacri signi aut medii conscientiâ hoc faciunt; & tamen ritum hunc ab apostolis arcessit Archiepisc: Cantuar: in oratione habitâ in Camerâ stellatâ, Invaluerat apud Gentiles mos adorandi versus plagam orientalem, cum iis ne Symbolicaret Ecclesiâ Izraëliticâ cavit Deus, constituto sancto sanctorum ad occidentem, e contra antiquissimi Christiani ne cum Judæis symbolicarent versus Orientem adorarunt, quæ causa erat cur Solem colere crederentur, animo procul dubiò factitatum hoc minimè superstitioso nihilominus vix video quare elegerint ethnicam superstitionem potius quam judaicam imitari; Certe

prog

profligato per Dei gratiam & triumphato Iudaismo, illud unice cavendum reformatis videtur, ne communicent cum Pontificiis versus chorum adorantibus, ubi Christum sub speciebus panis corporaliter habitare credunt. Nec ea libertas quam Christus sanguine suo acquisivit, res tantilla est, ut non sit asserenda adversus Papaturienſium ἰδιοθρησκίαν. Excutiamus tamen rationes quibus hanc consuetudinem πατροπαράδοτον incrustant ceremoniales: Oriens (ait Dr. Sparrow in rationali libri liturgici) est pars honoratior mundi, argumentum ne titivillitio emptitandum: orientis enim præ occidente præstantia imaginaria est, quam ex professo oppugnavit eruditissimus authoꝛ Pseudodoxiæ Epidemicæ lib. 6. cap. 7. sed concedamus ex merâ liberalitate Orientis præ Occidenti prærogativam, nunquam inde Orientem versus adorandum esse conficietur, possit enim præstantia illa Physica esse, aut Politica, quæ adoratorem Deo neutiquam commendat. Iohannes Gregorius in notis & observationibus Criticorum sacrorum, pag. 2794. &c. Contendit ritum hunc *Originalem principalem & æternum esse* argumento historico, *certum est*, inquit *Adamum in Paradiso adorâsse Deum versus Orientem, quod & omnes fecêrunt ante Abrahami tempora, at cum ex errore Persarum & Caldæorum Sol coleretur,*

Abra-

Abrahamus (referente Maimonide) instinctu Dei, occidentem Hebræis suis designavit quo adorarent: ideo Tabernaculum & Templum ad illam cæli plagam locabantur, Deo interea locum suum in Oriente quasi deserente, & ad populum hunc oblatum descendente. Resp. Non tanti est apud nos Maimonides, ut omnia ejus historica statim recipiamus; saltem hæc de adoratione versus orientem traditio nullum habet vel in lege naturali vel ratione fundamentum, adeoque pro temporum ratione variari potuit & debuit. Quid ergo si Deum nostrum versus aliam cæli plagam adoremus ne videamur pari ut facere cum Papistis, qui frustulum panis Orientem versus colunt? urget idem Doctissimus vir *stellam Christi apparuisse in Oriente, & magos inde venisse, angelos etiam a Deo missos cum evangelio nativitatis illius venisse ab oriente, natum etiam esse in partibus orientalibus mundi, imo natum in orientali angulo civitatis Bethlehem. Cæli etiam (inquit) iernæ occurrebant, nam autumnalis intersectio (aliter oriens Æquinoctialis) erat ascendens nativitatis illius, inter pios quoque receptum est a majoribus Christum sepultum esse facie & pedibus ad orientem, verum ascendisse in orientalem cæli partem vetus est Universæ Ecclesiæ consensus, si autem ascenderit in cælum per partem Orientalem, non est cur dubitemus quin per eandem revertetur, hanc ultimam consequentiam probat ex Damasceno & ex duobus manuscriptis.*

Resp.

Resp. *qui Baviam non odit, amet.* Qui Æsopi Fabulis delectatur, moveatur hisce traditionibus, fateor me infirmiorem esse quam ut tam cruda concoquere possim, Sed quid est quod intelligit per plagam orientalem de quâ tam miri narrat; Respondebit (opinor) partem cæli altissimi per illam designari, quæ respondet Æquinoctiali orienti terræ Sanctæ locum illum super quem sol oritur mense *Nisan*: at pauci opinor cathedralium nôrunt quænam pars cæli respondeat Æquinoctiali orienti terræ sanctæ, saltem nemo qui Mathematicam primis labiis degustarit, credit omnes nostros choros versus quos vulgo adoratur, respondere isti loco, super quem oriebatur sol mense Nisan, sive Æquinoctio verno.

At certe Hierarchiam ipsâ canitie venerabilem eliminavimus: ne id quidem: causâ cadam ni liquido evincam episcopatum quem ejuravimus a præsidentiâ quæ in antiquissimâ ecclesia obtinuit, toto tælo dissidere. Quænam ergo tãdem causæ ob quas deprivamur? dicam & quidem animo delæcato & ab animo partium studio alieno: illud tamen præfatus justum esse Deum & justa ejus judicia, peccavimus enim modo non uno contra Majestatem divinam, facta eorum imitantes quos terra ante oculos nostros evomuit, foràsque projecit, fratrum lapsus quos velo charitatis contegi oportuit, propalavimus. Nec ploravimus propter superbiam & contumaciam

maciam populi nobis comissi, nec publicitus sed domestice peccatores satis fideliter monuimus ut caveant sibi ab irâ venturâ, quam silemus coram Deo, pernegantes interim Presules nostros satis justas habuisse causas cur silere nos facerent, & profano vulgo deridendos propinarent. Glisscente bellorum incendio quidam nostris per meros Presbyteros ordinati sunt, hisce neque concionari neque sacramenta administrare permittitur, nisi velint reordinari; at hæc quam dura & iniqua sit conditio totius antiquitatis Ecclesiasticæ judicium esto, nominatim provoco ad Canones (sic dictos) Apostolorum Can 67 *Si quis Episcopus, aut Presbyter aut Diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponatur tam ipse quam qui ipsum ordinavit* 2. ad Concilium Capuæ. 3. Ad August. contra Epistol. Parmen. lib. 20. cap. 13, Gregorium Epist. lib. 2. Epist. 32. *Sicut Baptizatus semel iterum Baptizari non debet; ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari.* Taceo scriptorem de operibus Christi cardinalibus sive Cyprianum sive alium. At in Ecclesiis Gallicanis si qui sacrificuli nuntium remittant Papismo, non prius conceditur iis sacra officia peragere, quam novis ordinibus consecrati fuerint. Resp. vulgo hoc dictum at falsò, quod constat ex thesibus Sedanensibus. Hujusce reordinationis ne meminit quidem Durellus, credo quia invenire non potuit,

quò

quo nomine prætexeret. Noſtrates Reſpondere ſolent, non exigi reordinationem ſed ordinationem, eò quod ordinatio per Presbyteros ſit ſuâ naturâ irrita & nulla, quibus ſi reponatur hac ratione conclamatum eſſe de Eccleſiis reformatis tranſmarinis, ilico (proh enormem audaciam) pronunciant Eccleſias illas turbas eſſe potius quam Eccleſias, miniſtros earum, paſtores eſſe per moralem deſignationem potius quam veram & realem conſecrationem; Si qui paulò moderatiores ſint, ij diſparem eſſe clamant noſtrûm & tranſmarinorum conditionem. Ego minime jam quæro, quare ſi diſpar ſit ratio utriſque ex æquo apud nos præcludatur aditus ad beneficia Eccleſiaſtica, qui tamen patet ordinatis in Eccleſia Papanâ, ſententiam eâ de re ferat Hoornbeckius diſſer. de epiſcopatu pag. 79. *Nihil intolerabilius quam ſi ordinati in Eccleſia Romanâ ab epiſcopis recipiantur ἀναφωβήτως ideo quod ab Epiſcopo nempe ordinati, ordinatis verò a Presbyteris, ſuæ in diſcrimen vocetur ordinatio, imprimis dum hi admittunt ordinatos ab Epiſcopis in Eccleſiâ reformata, hos viciſſim non oportet diſputare de ordinatione factâ in eadem Eccleſiâ a Preſbyteris, tanquam ſi eſſet invalida ac nulla.* Ego penitius nego noſtrorum & tranſmarinorum diſparem eſſe rationem, quod enim Schiſmatis notam inurunt nobis præſules, faciunt id ſine

omni ratione: exors enim & superminés Præsulum potestas authoritate Parliamentaria abolita est, cum ii de quibus loquimur manum ferulâ vix subduxerant: Serenissimus etiam Carolus in Colloquio Neoportensi concesserat ut per triennium obtineat regimen Presbyteriale, ad quod promovendum, juramento postea in Scotia sese obstrixit Carolus secundus. Verum dato, non concesso, illos Schismaticos esse, & a Schismaticis ordinatos, an ideo iteranda est ordinatio? at obstat Synodus Nicæna quosdam in Hæresi Novatianâ, ab ipsis Catharis sive Novatianis ordinatos pastores, ad Ecclesiam postea redeuntes recipiens absque novâ ordinatione: manuum enim impositio de qua loquitur, non erat ordinatoria sed reconciliatoria, Paulianistæ quidem erant re ordinandi, sed iidem erant rebaptizandi. Quid ita? quia in nomine Patris & Filii & Sp. Sancti minimè baptizabantur. Ad alia lubens descenderem nisi obiter perstringendus esset author tractatuli, cui titulus *The grand case*. Multus ille in eo est, ut probet *propter adiaphora non esse deserendum Ministerium*; concedo. *Adiaphora autem ea esse contendit, quæ pro adiaphoris a Patribus & recentioribus Theologis habita sunt*, neque illud inficias ibo, sed istis duobus suppositis sic argumentor: Quæ Patres & recentiores Theologi non reputârunt adiaphora, illa non sunt adiaphora; reordinationem non

non reputârunt Patres & recentiores Theologi adiaphorum. Ergo non est adiaphorum. Major sequitur ex secunda hypothesi per regulam contrariorum, minorem tam liquido probârunt R. A. & R. J. ut si aliquid adjicere velim, intempestivè abuterer & otio & literis. Ex hoc Labyrintho si honestè se expediat Archidiaconus, erit mihi magnus Apollo; Interea sciat omnium horarum homo, desperatæ prorsus esse causæ lectorem ad Humfrejum amandare, qui enim ille alteri satisfaciat, qui adeo sibi non placuit in suis ordinibus, ut eos abdicaverit, abrenunciaverit & quâtum in se est irritos planè fecerit. At ordinationem iterari posse pertendit; pertendit æquidem sed ex falso supposito sci: Ordinationem nihil esse aliud quam *scrutinium super hominem jam in ministerio constitutum*; quis vero unquam dubitavit an liceat sæpius precari ut velit Deus favere conatibus eorum quos ad ministerium vocavit, at ordinatio augustius quiddam sonat, est enim *collatio spiritualis potestatis*, separatio & consecratio personæ idoneæ ad munus sacerdotale adeoque primitivâ Ecclesia non minus a 2.da ordinatione quam ab iterato Baptismo abhorruit. Neque tamen reordinationem deglutire sufficit, omnibus enim ut ut per Episcopum ordinatis incumbit in hæc verba declarare.

Ego *A. B. præbeo meum non fictum assensum*

& con-

& consensum omnibus & singulis contentis & præscriptis per librum cui Titulus, Liber communium precum, & administrationis sacramentorum aliorumque rituum & ceremoniarum Ecclesiæ, secundum usum Ecclesiæ Anglicanæ, Vnà cum Psalterio siue Psalmis Davidicis punctatis prout vel cantandi vel legendi sunt in Ecclesiis, & formâ & modo faciendi, ordinandi & consecrandi Episcopos, sacerdotes & diaconos.

Est & 2da. declaratio ea continens quæ viro bono scrupulum injicere possint, eam tamen consultò prætermitto, tum quia aliquâ ex parte civilis est, & nolo ego in Juristarum messem falcem meam immittere, tum quia obligatio ligæ & fœderis solennis ab aliis ventilata est non indiligenter.

Primæ declarationi quo minus subscribamus multa faciunt, quæ tamen ad duo capita revocari possunt; quædam spectant modum imponendi Librum Liturgicum, quædam materiam in eo ordinationis & formulâ contentum:

Modum imponendi meritò improbamus, quamvis enim non sit idololatricum ex libro precatorio certas statasque precandi formas legere, imo utile & pænè necessarium sit præscriptæ liturgiæ formulis quorundam pastorum insciticæ consulere; adeo rigidè tamen mini-

miniſtros certis precibus alligare, ut nunquam liceat in orando propria dona ad Eccleſiæ ædificationem exercere, immaniſſima tyrannis eſt:

Dices non eum in finem præſcribuntur formulæ, ut omnis precum proprio marte conceptarum uſus ex Eccleſiâ eliminatur. poteſt paſtor immediate ante vel poſt concionem, preces quas ei ſuggerit ſpiritus, fundere, & fit hoc a pleriſque qui curam animarum in ſe ſuſcipiunt.

Ego ſanè fieri hoc & video & gaudeo, neque enim dubito quin eâ ratione populi zelus & pietas ſingulariter excitetur; video nihilominus & doleo hujuſmodi preces a *filiis Eccleſiæ* ſuſque deque haberi, & ſane ſi Canonibus & Conſtitutionibus Eccleſiaſticis anni 1603. ſtandum ſit, miniſtris & lectoribus non conceditur Deum invocare, ſed populum ad Deum invocandum movere & invitare, nec aliud ſonare videntur Canones Elizabethæ, Eduardi Sexti, Henrici Octavi; Videſis Tractatulum, Domini Heylin de hoc Argumento, in quo probare ſatagit, *invocationem quâ utuntur concionatores, novitiam eſſe, & Puritanorum factioni originem ſuam debere, & quamdiu ea obtinet, non poſſe Eccleſiam aſſequi, fines quos ſibi in componenda liturgiâ propoſuit: adverſari denique ſtatutis*

Eduardi

Eduardi sexti & Elizabethæ: scripserat idem contra Burtonum, *non esse publicè petendum precibus auxilium Spiritûs ante inchoatam concionem, aut finitâ concione, Ejusdem opem ad audita in praxin* referenda. Cozenius (ad cujus nomen venerabundus assurgit Durellus) in devotionis præfatione monet *pastores doctissimos ne privatim in conclavibus aliâ precum formulâ utantur, quam quæ in liturgiâ præscribitur, aliàs sciant se conatu temerario Dei Majestatem contemnere*: quid fieri aut non fieri secundum canones debeat, viderint qui juramentum canonicæ obedientiæ præstiterunt, ego rationes quibus contra preces proprias concionatorum dimicat Heylinus, æquâ judicii lance perpendam. Eccles. Rest. pag. 341. 1.ma ratio historica est, „ Non „ constat in ullâ unquam ecclesiâ formulam „ precum per modum invocationis, aut usurpatam aut usurpandam esse ante con„ cionem, lecturam, exercitium, Homiliam. „ Tempore Ezræ expositio legis nudè pro„ ponebatur sine ullâ prece, ut & omnes „ prophetarum conciones. Ante concionem „ Servatoris quam in monte habuit, nulla fa„ cta est oratio præambula quæ quidem oc„ currit, erat tamen in eâ invitatio ad pre„ ces & particularis forma præscripta se„ cundum quam orandum est, dicitur e„ nim ad hunc modum orate. Apostolo-

rum

„rum etiam conciones eodem prorsus mo-
„do habitæ sunt. Quamvis istis temporibus,
„in quibus nondum consensum erat in pu-
„blicam Lyturgiam, formata oratio ante
„concionem reputari potuit magis neces-
„saria. Proximè insequentibus sæculis cum
„stabilitæ Ecclesiæ, & certæ precum for-
„mulæ præscriptæ essent (compositæ vel
„per Apostolos, vel per Apostolicos) nul-
„lam reperimus quæ huic proposito qua-
„dret, imo nihil, quod huc tendat, oc-
„currit in concionibus, homiliis aut ex-
„positionibus antiquorum Doctorum, sive
„Græcorum sive Latinorum. Tandem pag.
„342. Concludit morem hunc precandi
„ante concionem Genevæ ortum suum
„debere, & in sola Geneva, aliisque Eccle-
„siis quæ eam sequuntur, retineri.

Resp. Totum hoc argumentum ducitur *ab authoritate negative*, *quale* non valere est è trivio dialecticorum. Non legitur ante concionem decantatum esse Psalmum a plebe Christiana, aut prædicatorem in genua procubuisse quam primum suggestum conscendisset, ferrètne verò Doctor eum qui inde concluderet hæc, aut facta non esse aut fieri non debere? Nec concionum nostrarum eadem est ratio, quæ Propheticarum, & Apostolicarum, rarò aut nunquam habebantur illæ in cœtu fidelium ad Dei cultum congregato. Falsum denique est, precum

ante

ante concionem neque volam extare; nec vestigium in sacrâ paginâ, cum enim legatur Nehem: 8. vers. 7. *Benedixit Ezra Iehovæ Deo maximo, cui respondentes totus populus Amen, Amen, cum elatione manuum suarum verticem inclinaruut, & incurvaruut se, honorem exhibentes Iehovæ facie demissâ terram versus.* Quid impedit quo minus illa vox originalis quam transferimus *benedixit*, complectatur tum preces pro auxilio divino conceptas ante legis enarrationem, tum gratiarum actionem pro singulari beneficio quo Deus fideles dignatus est inter audiendum.

Beatissimus Servator dicitur Math. 5. 1. *ascendisse in montem*: & tamen Luc. 6. 17. *Descendisse de monte, & stetisse ἐπὶ τόπου πεδινοῦ.* Sunt qui putant diversi temporis esse narrationes apud Mathæum & Lucam *Sed me* (inquit Grotius) *ne diversas esse narrationes putem movent, non tantum idem exordium, eademque peroratio, sed multò magis quoa uterque Scriptor hoc sermone habito Christum ait rediisse Capernaum atque ibi sanâsse Centurionis servum.* Quare quid si dicamus Christum ascendisse montem ut oraret, finitâ oratione descendisse ad locum illum campestrem, in quo concionem habuit ad discipulos? Nec desunt apud Scriptores Ecclesiasticos quæ evincant preces ad Deum conciones semper

per anteceſſiſſe quæ videri poſſunt apud eruditum Hamon l'Eſtrange in affinitate divinorum Officiorum. pag. 183. Eccleſiæ reformatæ Bohemicæ Calvino multò ſunt antiquiores, in iis verò forma cætus ſacros agendi hæc eſt, *Congregato populo decantatur hymnus, vel cantilena (in concionè magna & pomeridianâ etiam Pſalmus) tum Concionator e ſuggeſtu præmiſſâ ſeu oratione cum populo ſeu voto ſolum textum prælegit.* Comenius pag. 41.

Satis hujuſce primæ rationis nervos incidimus, riſum enim nobis debet Reverendus Doctor, cum morem hortandi ad preces e Math. 6. vers. 9. ſatagit probare, fiat enthymema. *Chriſtus ſemel in mediâ concione formulam præſcripſit, in cujus partes omnia oratu digna digeri poſſint, ergo bene faciunt qui in initio cujuslibet concionis, non invocant Deum ſed populum docent quænam ſit materies precum.* Quis conſequens albis dentibus non rideat?

Accedam ad alias rationes quas ducit pag. 345. 346. a loco in quo habeatur conciones & a concionatoris geſtis.

Locus (inquit) in quo habentur conciones „ eſt ſuggeſtum, roſtrum, pulpitum; non „ autem convenit iſtiuſmodi locus precibus, „ in pulpitis enim ſolemus ad populum ora „ oculoſque convertere, quo melius videant, „ & audiant concionantes, in precibus autem

debet

„debet Sacerdos facies ad Orientem conver„tere, dorsum ad auditores, si velit sequi „præscriptionem, vel hujusce ecclesiæ, ve„rissimæ antiquitatis.

Ast hæc argutiola frivola est, omniumqu virium inanis, petit enim τὸ ἐν ἀρχῇ prece fieri debere facie ad orientem versa; quod no non concedimus, imo si quis credat prece ideo quod fiant Orientem versus Deo accep tiores esse, illi superstitionis nota jure meri tissimo potest inuri. Dein oratio Dominic recitanda est in suggestis, quare non & alia orationes? „Ex formis antiquissimorũ tem„plorum (ait Bucerus in censurâ) atqu „scriptis S. Patrum satis cognoscitur fuis„stationem Cleri apud veteres in mediis tem„plis, quæ ferè rotunda erant, ex eoque loc„sic sacra divina populis esse exhibita ut ex„audiri planè possint quæ recitabantur, & „intelligi ab omnibus qui erant presentes Sanè cum Concionator ab auditoribus con spicitur, fieri non potest quin reverenti quam exprimit excitet in iis affectus: si sa cerdotulus relicto populo ad cancellum s conferat, aut aversa facie precetur, crede plebs Christiana eum arcanum quid ad Deum effari velle: & cum auribus verba ejus no percipiat, non magis ædificabitur, quam linguâ Phœnicia celebrarentur sacra. De fra tribus Bohemis prius audivimus e suggest ab iis fundi preces.

Pagi

„ Pag. 147. argutatur vir doctus a fine „ quem sibi proposuit Ecclesia in præscri- „ bendâ precum formulâ ne fortè aliquid „ contra fidem vel per ignorantiam, vel per „ minus studium sit compositum, at si in- „ dulgeatur concionatoribus licentia pre- „ candi ante concionem nunquam Ecclesia „ assequetur hunc finem.

Quid ego audio? Si cerebrosus aliquis ea inter orandum effutiat quæ pias aures offendunt, nullius ministri in posterum arbitrio permittetur preces concipere prout afflaverit spiritus? eadem ratione si qui inter concionandum ea blatterent quæ fidei analogiæ minus consona sunt, nemini conceden. dum est ex hortari aut monere, prout secundum mensuram donorum potest.

Si qui respondeant *concionatorem proferre verba sua, non Ecclesiæ, & ad homines loqui, non ad Deum, adeoque minus peccare quam qui inordinatè precatur*, ii non videntur satis honorificè de prædicatione Evangelii sentire; perpendendum est non modò ad quem, sed etiam a quo eloquatur Concionator, loquitur ut Christi minister ejus vice ac nomine 2. Cor. 5. v. 19, 20. Non est (me judice) magis augustum & venerandum nomine totius populi preces fundere ad Deum: quam Dei nomine ad populum concionem habere. Merito videtur qui vites abscidit eo quod vitium fructu mortales inebriari cerne-

ret: haud minus ridiculi qui omnes concep-
tas preces & conciones sublatas volunt, quia
ministri nonnulli suis precibus & concioni-
bus ea immiscēt quæ pietati & sanæ doctrinæ
adversantur. Caveant ii penes quos est ordi-
natio, ne cui manus imponant, nisi qui αἰ-
σθητήρια γεγύμνασμένα ἐχεῖ, fieri vix potest ut
inter precandum scandalizentur Christiani,
elegantia in precibus ad Deum siquidem quis
afferat, non culpanda, siquidem non afferat,
nec valde desideranda est; in ipso libro litur-
gico satis multæ sunt phrases quæ acumen
criticum reformidant, nemo autem fortean
est ministerio dignus & in orationibus exer-
citatus, qui nequit vel extempore verbis ap-
tis & congruis mentem suam efferre: aut si
quis non possit propter invirilem verecun-
candiam, ille vel memoriter, vel ex charti
recitet orationem, quâ tamen ratione affe-
ctuum impetus non mediocriter impediri
persentiscet.

Profligatis Heylinii rationibus libet exqui-
rere quodnam sit aliarum ecclesiarum de
pręscriptis orationum formulis judicium.
In purissimâ antiquissimâque ecclesiâ non
constat ullas precum formulas humanas ob-
tinuisse; imo constat, τοὺς προεστῶτας orasse
prout præsenti actioni, circumstantiæ loci,
temporis & personarum conveniebat. De A-
postolorum sæculo nemo, cui aliquid ve-
nasi vel frontis, hoc inficias ibit, Si quæ li-
turgia

turgiæ ab Apoſtolis vel viris Apoſtolicis compoſitæ fuiſſent & tanti ſint uſus in Eccleſiâ quibus quæſo commiſſæ fuerunt? quare ad manus noſtras non pervenerunt? Non ſolet Deus permittere ut quæ compoſitionis ſint Apoſtolicæ pereant: Sane quæ nomina Jacobi, Petri, Mathæi, Marci præ ſe ferunt lyturgiæ, ſpiritum Apoſtolorum aut Evangeliſtarum neutiquam redolent, ab inimico potius homine profectas eſſe cum Andræa Riveto dixerim.

Reverendus tamen Heylinius in hiſtoriâ Lyturgiarum. pag. 214. *Lyturgiam Sancto Iacobo aſſcriptam, vel Iacobi fuiſſe, vel ſaltem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, cujus Iacobus ſupremus erat Paſtor, affirmat*, ecquare? Quia *Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi quintâ myſtagogicâ plura ex illâ Lyturgiâ mutuatus eſt.* At, 1.mo ſuſpicantur viri docti illas ipſas Cyrilli catecheſes myſtagogicas ſuppoſititias eſſe. 2.do In catecheſi illâ nulla fit mentio iſtius Lyturgiæ. 3.tio Valde probabile eſt compilatorem Lyturgiæ quæ Iacobo aſcribitur, ſuffuratum eſſe aliqua ex catecheſi myſtagogicâ quæ centoni ſuo inſeruit; Sed nec ullius ponderis ſunt quæ ex concilio Trullano & Hegeſippo adferuntur dicunt enim Patres Trull: Iacobum μυσικῶ ἱερουργίαν tradidiſſe: dicit Hegeſippus (ſi Caſſandro Euſebium transferenti fides) Iacobum

ab Apostolis constitutum fuisse Episcopum & Lyturgum. λειτουργὸς enim non semper significat conditorem precum, neque ἱερουρία unquam præscriptas precationum formulas. Si consulamus epistolas ecclesiæ Smyrnensis, Lugdunensis, quas reperire est apud Eusebium, vel Epistolas Clementis & Ignatij, vel scripta Justini, Clementis Alexandrini, Tertulliani; altum in hisce omnibus de præscriptis formulis est silentium. Originis illa in cap. 15. Horagl. 11. *Frequenter in oratione dicimus, da omnipotens, da partem cum prophetis, da cum Apostolis Christi tui, tribue ut inveniamur ad vestigia Vnigeniti tui*, formam præscriptam nullatenus evincunt, hæc frequenter occurrunt in orationibus extemporaneis. Imo Tertullianus & Iustinus Martyr Origine antiquiores, ea scribunt quæ satis inuunt Pastores nullis certis verbis astrictos esse. Tertull. Apol: cap. 30. *Illuc suspicientes Christiani, manibus expansis quia innocuis, capite nudo quia non erubescimus, denique sine monitore quia de pectore.* Matyr. Apol. 2. dà προσευχὰς ὅση δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει pro virili suâ preces fundit, & gratiarum actiones, ad quas populus ἐπευφημεῖ λέγων τὸ ἀμὴν Artificia Hyerarchicorum quibus testimonia hæc effugere conantur, ostendit *Smectymnuus*, & refutat prolixè. At Constantinus unam orationem communiter dicendam præscripsit, referente Eusebio de vita

Con-

Conſtantini Libro 4.to cap. 19. Præſcripſit quidem, ſed non Sacerdotibus, verùm militibus, iisque cum adhuc eſſent ethnici.

In pleriſque reformatis Eccleſiis certæ extant precationum formulæ, ſed quæ non obtruduntur ut religionis partes, aut eſſentialia cultus divini media: ſed commendantur tantum ad ordinem, decorum, & Sacerdotes alias de proprio penu adjiciunt. De Belgis audiatur Hornbeckius Epiſt: de Independ. p, 361. „ In noſtris Eccleſiis longè abeſt a formula„ rum uſu neceſſitas, vel Tyrannis, vel reli„ gionis opinio, vel ſuperſtitio, & a primis „ inde temporibus quomodocunque judicâ„ rint majores noſtri. Eâdemque cauſâ Cal„ vinus in Epiſtolâ ad Protectorem Angliæ, „ Anno 1548. Propter recentem reforma„ tionem, hominumque multifariam imbe„ cillitatem; formulas in lyturgiâ eaſdem „ plerumque adhibendas, tamen iſtâ cautione „ quæ in harmoniâ Synodorum Belgicorum „ legitur Cap. 11. Art. 11. Et hinc obſervata „ iſtum in modum fuit ubivis. Miniſter pre„ ces vel dictante Spiritu, vel certâ ſibi pro„ poſitâ formulâ concipiet, & poſtea. Summo„ perè cavenda ſunt extrema; nam & in ex„ ceſſu peccatur, & in defectu, alii nimium „ extollunt compoſitas iſtas & ſemper eaſ„ dem formulas, alii nimis averſantur; nec „ dicendum nos debere iſtis uti, neque quod „ iis debemus abſtinere, cogi ad alterutrum

,,pariter nefas est: aio licere tum hoc, tum
,,istud; sed iterum dico: quando eo non con-
,,tenti homines, pro libertate necessitatem
,,substituunt, & sic, vel aliter fieri debere con-
,,tendunt, non liberum relinquentes utro
,,quid agatur modo, inde tum existunt lites
,,& discordiæ, uti quando imprudenter ze-
,,lantes Iudæi urgebant quod deberent cir-
,,cumcidi homines, & quod nisi cir-
,,cumciderentur, haud possent salvari, 'cau-
,,sa hoc extitit στάσεως καὶ συζητήσεως οὐκ ὀλίγης
,,non Paulo tantum & Barnabæ, sed & Hiero-
,,solymæ postea in Synodo. Art. 15. in sen-
tentiæ suæ confirmationem adducit Ame-
sium. Ecclesias Wallachrianas, Professores
Leydenses in Synop. disput. 36. Gisbertus
Voetius in Potit. Eccles. pag. 484. ex professo
tractat questionem. *An conceptis & præscri-
ptis formulis ministri astringi debeant quoties
orantes præeant ecclesiæ?* cui respondet per
conclusiones aliquot, quarum 5.ta est *Impe-
ritia est, aut invidia, aut præstantiornm dono-
rum in aliis suppressio, aut Spiritûs extinctio, aut
moris Iudæq-Rabbinici, Mahumedici, Papalis
κακοζηλία si quis universam ecclesiam, ejusque
ministros etiam maximè exercitatos, ad unas eas-
demque formulas perpetuo & recurrente opere
operato quasi trabalibus clavis affigat: imo tan-
tam sanctitatem ac perfectionem in formularum
recitatione, ac lectione collocet, ac si immediate a
Spiritu S. dictatæ, & cum Scripturis Canoni-
cis, quæ in Ecclesia legi debent, pari pietatis*

affectu & reverentiâ suscipiendæ essent; addo aut crassum stuporem, aut insignem maledicentiam esse, si quis auditam precationem absque libro enthusiasmi, aut periculosæ novitatis gnorissna faciat, & vel hoc solum nomine optima ingenia, nescio cujus fanaticismi habeat suspecta.

De Ecclesiâ Scoticanâ David Calderwood in Altar. Damas. pag. 613. *Habemus nos quidem in Ecclesiâ nostrâ Agendas, & ordinem in sacris celebrandis observandum: sed nemo alligatur precibus aut Exhortationibus Liturgiæ nostræ, proponuntur tantum ut paradigmata quibus precum aut exhortationum materia & forma quoad substantialia indicantur: non ut iisdem verbis astringantur ministri, totos ego tredecem annos, quibus functus sum ministerio, sive in sacramento, sive in aliis sacris celebrandis, exhortationibus aut precibus quæ extant in Agendâ nostrâ nunquam usus sum, sic etiam alii complures, & omnibus etiam liberum est idem facere.* Adeo non erat cur Presbyterianos authoritate Ecclesiæ Scoticanæ premeret Durellus.

De Gallicanâ en Capellum Durello meo toties laudatum. Thes. sal. par. 3tia. Resp. pag. 713. *Licitum & consentaneum planè censemus ut qui id possunt, suum in precando, ut in concionando donum & industriam prodant, atque exerceant ad Ecclesiæ ædificationem: itaque eorum qui certæ & præscriptæ liturgiæ formulæ*

prætextu omnem precum proprio Marte conceptarum usum ex ecclesiâ eliminare student, ἀνομίαν & rigorem meritò damnandum censemus.

At Capellus graviter increpat Theologos Westmonasteriensis Synodi, qui Ecclesiæ usurpatam *Lyturgiam* non modo improbârunt: verùm etiam planè abrogarunt, & penitus obliterarunt; in cujus locum *Directorium* quod vocant, substituerunt. Resp. Increpat sane, inaudiverat enim fortè Cameronis sententiam procurante Andreâ Riveto a Synodo illâdamnatam esse, quem imaginarium anathematismum quia concoquere non potuit, evomuit acerbitatis suæ virus in Conventum optimè de Ecclesia Christi meritum; nisi mihi religio esset manibus Reverendi Viri litem intentare, facilè possem ostendere eum σκιαμαχεῖν quamvis enim in Directorio nullæ scribuntur orationum formæ, sed delineantur tantum argumenta in precibus singulis ad quascunque occasiones observanda: non tamen (quod supponere videtur Capellus) usus libri Lyturgici inter res illicitas numeratur: imo ab ipsissimâ illâ Synodo compositę sunt precandi formæ in subsidium Sacellanorum quorum operâ utebantur nautæ. Retractare Capellum in istis thesibus suam sententiam de identitate Presbyteri & Episcopi merum somnium est, quod tamen sibi fingit Durellus pag. 193. 194.

E Lu-

E Lutheranis multos laudare poſſem qui a noſtrâ Sententiâ non abhorrent, ſufficiat quædam ex Artis Synodicis Wittebergenſibus adnotare.

Mauricius Elector Saxoniæ apud Theologos ſuos conqueſtus eſt de quibuſdam qui belli tempore preces pro ipſo facere omiſiſſent, monuitque eos ut in concionibus ſacris a contumeliis non neceſſariis abſtineretur, & poſtulavit ut de publicâ precum formulâ convenietur. „ *Petimus & poſtulamus a veſtrâ benevolentiâ & vobis, ut in aliquam precum* „ *formulam conſentiatis, quâ concionatores non* „ *tantum in hortationibus ad preces faciendas u-* „ *tantur, ſed quâ de charta etiam præeatur, ut* „ *populus non tantum hortationes audiat, ſed e-* „ *tiam quod ore ſequatur, & ita preces faciat.* Huic tam importunæ petitioni & poſtulationi ne non fieret ſatis, formula a Theologis in conventu Lipſenſi compoſita & approbata fuit, quâ Eccleſiæ piè uti poſſint, quæ de Principe id precatur quod ſcripta reſponſio a Theologicis exhibita orat; at extiterunt non nulli qui extrema potius omnia ſibi accerſere vellent, quam formulam illam uſurpare aut ſequi, quorum zelus an omni culpâ vacaret nolo pronunciare, formula certè orthodoxa eſt, & Presbyterianorum quam Hierarchichorum orationibus ſimilior. Quid plura? ut nihil permittatur arbitrio Sacerdotis, res adeo abſurda viſa eſt Hammondo ut in Cate-

Chismo practico scribere non vereatur lib. 3 Sect. 2, „Ecclesia modò in publico observe„tur lyturgia quam præscripsit, libertatem fa„cit aliarum precum aliquando in public„cætu &c. modò fiat prudenter, piè, reveren„ter & ad ædificationem & in familiâ, & in æ„gris visitandis, modo particularis conditi„vel familiæ vel ægroti id postulet. Ægrotan tium autem & moribundorum conditione postulare preces alias ab iis quæ in libro lyturgico extant testatur Nobilis ille, qui cum sibi in mortis confinio posito audiret ab Episcopo legi, *A tonitru, & coruscatione, & subitâ morte libera nos Domine* ! dixisse fertur, quid hæc ad memoriturum ? & statim sui verbis animam ad Deum commendavit. Testatur Sandersonus, cui lectæ sunt a Sacellano preces e libro dicto. *Whole duty of man.* Ut nihil dicam de illo, qui duobus tribus ve abhinc annis minitatus est præsentare Pastorem nisi ad Pentecostes festum legeret librum Lyturgicum : at cum videret ante illud festum moriendum sibi esse, accersivit Reverendum illum Concionatorem, & submisse rogavit ut velit verbis non præscriptis sed proprii efflagitare a Deo animæ suæ salutem. Adeo non est eadem valentium & ægrotantium de Lyturgiis sententia.

Accedamus ad secundum caput Materiam in libro Lyturgico contentam & per eum præscriptam ; Stomachum movit Durello pag. 60. quod Præsbyteriani in petitione pro

pace scripserint *Pastores plerarumque Ecclesiarum externarum judicare conformitatem cum Ecclesiâ Anglicanâ in iis de quibus ipsi dubitant, illicitam esse.* pag. 61. *Quærit quo argumento moti hoc scripserint? An possint proferre unum articulum publicarum Confessionum, Injunctionum Ecclesiasticarum, ullam Rubricam librorum Lyturgicorum &c. unde constet conformitatem quam hodie Præsules exigunt ab Ecclesiis reformatis damnari?* pag. 62. *adait, si nihil tale proferre possint ex publico aliquo Registro, quomodo ausi sunt illud dicere & scribere in magnum præjudicium pacis & veritatis, imo propriæ famæ?* Id scilicet agit Durellus ut magnis inimicitiis inclaresçat, ut cum Baxtero certâsse feratur: At nihil opus ut ad rem tantillam otiosè sese demittat tantus Theologus; ego theologorum minimus cum hoc animali gloriæ in arenam descendere non dubito, quamvis enim novi quam sit tenuis mihi Bibliothecula, non tamen metuo ne nos possim in medium adducere tum Professores, tum totas Ecclesias, a quibus damnata sunt multa quæ in Lyturgia nostra continentur & præscribuntur; Impræsentiarum sufficiat Appollonium nominare, cujus scriptum Delegati classis Wallachianæ perlegerunt & probarunt pag. 171. „Rejicimus tales precum & administrationum sacramentorum formulas „quæ quoad materiam sunt vitiosæ, non enim „permissum in precibus aliisque publici „cultus divini partibus aliquid illegitimum,

„im

», impertinens & indecorum proponere
», quod vel superstitionem, idololatriam
», vel hæresin, vel carnalem prophanitatem
», typhumque mundanum sapit, & commu-
», nionem cum infrugiferis illis tenebrarum
», operibus inducit: & hanc ob causam rejici-
», mus cæremonias, cultusque publici for-
», mulas in Ecclesiâ Anglicanâ, hisce ulti-
», mis corruptis temporibus ab Episcopis
», Hierarchicis inductas, quæ superstitiosæ &
», Idolatricæ deformarunt Ecclesiam & cul-
», tum Dei, & obscurârunt glorioſæ refor-
», mationis facem & faciem.

Ne in generalibus diutius versèr.

In Calendario duo præcipuè improbamus 1. Festa. 2. Capita Apocrypha.

Et Festa quidem ideo nobis displicent, quod.

1. Majori numero apud nos quam apud ecclesias puriores celebrentur. Beneficia Christi in lapsum genus humanum nulli unquam gratiori animo recoluernnt quam Apostoli, ii tamen nullos ad singulorum illorum beneficiorum recordationem annuatim recurrentes Dies observârunt, nullos ab aliis observandos constituerunt: mox post decessum Apostolorum, unus aut alter Dies observari cepit, Pascha puta & Pentecoste; de festo Nativitatis, Ascensionis in Cælum, Conceptionis, Circumcisionis &c. in Scriptoribus 1. mæ aut 2. dæ centuriæ nullum extat verbu-

lum,

lum, nulla literula; ſeculis 4.to & 5.to factæ ſunt commemorationes Apoſtolorum Evangeliſtarumque, feſtivitates, & feriæ ab iis denominatæ, tum demum introductæ ſunt, cum imminuta erat pietas, & in locum ejus ſuccrevit ſuperſtitio: quare verò nos Angli qui reformationem profitemur, potius imitemur ſequioria ſecula quæ multa feſta, quam I.ma & puriſſima, quæ vel pauciſſima vel nulla celebrârunt?

2. Diſplacet quod feſta hæc diei Dominicæ (quæ dubio procul inſtitutionis eſt divinæ) æquentur aut etiam præferantur; videntur præferri, nam ſi in Diem Dominicam incidat feſtum aliquod humanitus inſtitutum legenda iſta capitula, non quæ diei Dominicæ ſed quæ feſto Eccleſiaſtico deſignabantur, Quid quod feſta quædam habent ſua vigiliarum jejunia, dies Dominica non habeat? at ſaltem æquantur, tam feſta enim quam dies Dominica habent *proprias lectiones, collectas*, in utriſque ſub eâdem pœnâ præcipitur abſtinere ab omni opere ſervili.

3. Diſplicent feſta, quod in iis populus luxu diffluere ſoleat, quod rudis plebecula credat dies illos Sanctis quorum nomen præ ſe ferunt, dicari, & inde propenſior fiat ad Sanctos invocandos. Reſpond. Hierarchici, *maneat uſus, tollatur abuſus*, in eâdem & nos eſſemus ſententiâ ſi de iis ageretur, quæ in verbo Dei fundamentum habent, & pietatem,

tem valdè promovent: at cum abolitis festis æque ac retentis, vigere possit τῆς εὐσεβείας δύναμις quorsum ob rei non necessariæ nec utilis observationem, vulgus licentiæ periculo exponimus? suffragatur Zanchius in 4tum præceptum. *Tenenda est regula, quæ in abusum venerunt & superstitionibus contaminata fuerunt, si necessaria sunt in cultu Divino, penitus tolli, a nobis nec debent nec possunt, itaque abusibus tantum & superstitionibus repurganda sunt, velut est Baptismus & cæna Dominica, & publicæ preces, & alia nonnulla, si vero sunt adiaphora tolli ea prorsus possunt & sæpè etiam debent, sicut fecit Ezekias, in hoc secundo genere, sunt præter alia multa etiam dies festi, præsertim qui Diei Dominicæ additi sunt, non malè igitur fecerunt qui omnia præter diem Dominicam aboleverunt*: „Nec non Ludovicus Capellus Thes. Sal. pag. 65. Consultius fortè „fuisset & Ecclesiæ Christianæ conducibilius „non admisisse illam dierum distinctionem „& peculiarem observationem, quia ex eâ, etsi „initio innoxiâ, adeoque non inutili consue„tudine, enata est postmodum superstitio & „Idolatria, quæ totam ecclesiam Pontifi„ciam jam a multis sæculis occupat & perva„sit, a quo fermento non satis fortè tutæ esse „videntur ecclesiæ illæ quæ primitivum i„stum dierum aliquot festorum usum reti„nuerunt, ut propterea aliis, ne quid conta„gionis ex illâ consuetudine contraherent,

malue-

„ maluerunt in reformatione suâ usum illum „ penitus abolere, non quia simpliciter illum „ damnent, ut malum, sed ut periculum ex „ eo caveant, in religione enim quando vel „ tantillum a Dei præscripto disceditur, & „ homines aliquid sibi licere volunt & pu- „ tant omnia tuta timenda sunt, ut satius „ esse videatur bono aliquo utili, sed minus „ necessario carere, quam ex illius usurpatio- „ ne incurrere in grave grandis alicujus mali „ periculum. Si qui metuant ne abolitis festis excidant nobis e memoria beneficia Dei, & Sanctorum Martyrumque res gestæ, næ illi timent ubi nulla est justa timoris causa; fiat enim examen, constabit Ecclesias illas quæ nullos vel textus Diebus, vel textibus Dies affixos habent, probe in memoriâ retinere historias fundamentales Evangelii. *Resurrectionem, Passionem, Tentationem, Nativitatem*, occasione lectionum, & concionum Catecheticarum recurrentium explicamus quotannis & fidelibus inculcamus. Ecqua alia causa dies festos celebrandi? Hookerus lib. 5. Eccles. polit. pro eo quo pollebat ingenij acumine, aliam excogitavit, *Deus*, inquit, in *tempore agit & operatur, & quidem non æqualiter, nam uno die aut tempore plura & majora & insigniora; alio verò die & tempore pauciora & minora minusque illustria operatur, & producit pro suo beneplacito, quibus operibus & productionibus, tempora in quibus fiant signat veluti atque*

insiguit

insignit; & non ita multo post. *Deus non omnia tempora pariter sanctificat, sed ea duntaxat in quibus singulariter operatur & modo aliquo extraordinario agit, & opus aliquod mirabile producit, unde est quod Propheta David Psalm.* 110. *no.* 24 *non de omnibus annis diebus, sed de uno aliquo singulari, duntaxat dicit cum admiratione, Hic est dies quem Dominus fecit, venite exultemus in eo; huic ratiocinationi robur & lucem fœneratur ex dicto Syracidis Ecc.* 33. 7.

At is quem modo in causæ meæ subsidium adduxi Ludovicus, hujusce rationis meminit, eique responsurus talia præfatur, *est quidem viri illius ratiocinatio subtilis & argutа, sed longè petita parumque solida, ne dicam futilem & evanidam, quæque humanam magis sapientiam & argutias Philosophicas redolet, quam Christianam ex scripturis divinis prudentiam* Thes. Salmur. part. 3. disp. de Festis. Nolo ego autoris cæteroquin judiciosissimi argumentum depræciare, ut tamen eo moveam non a me impetro, quamvis enim dies illi quos Deus institutione sua distinxit, & ab aliis seperavit (quales erant fortassean quos respexit Syracides loco citato) possunt dici aliis sanctiores, vehementer tamen absurdum est omne Dei opus extraordinarium, imprimere dignitatem, sanctitatem, reverētiam, non modo ipsi tempori in quo factum est, sed & omnibus postea anuatim recurren-

tibus

tibus diebus : Deinde si omne opus, Dei requirat festi anniversarii observationem, quis erit finis festorum? actum erit planè de permissione illa, *sex dies operaberis*, dies feriati erunt Christo dedicandi ob Baptismum, ob transfigurationem, ob insufflationem Sp. Sancti in Apostolos, ob sanationes miraculosas, ob excitatum Constantinum, Wicklefum, Lutherum, & alios Heroas qui de Ecclesia Christiana optime meruerunt. Denique ne nimius sim, quæro opera Dei mirabilia num signant, & sanctificant illum ipsum diem in quo patrata sunt κατ' ἀλήθειαν an illum in quo κατὰ δόξαν patrata sunt, si dicantur sanctificare diem in quo patrata esse creduntur, profecto unum Dei opus sufficiat omnibus diebus anni sanctificandis, nullus enim est dies in quo credi non potest patratum esse : si dicantur sanctificare diem in quo revera patrata sunt, unde nobis constabit de illo die? adeo nihil certò definiri potest de die nativitatis Christi, ut nec de mense conveniat, sive sit Aprilis, sive Majus, sive Januarius, sive Decembris, sive Septembris.

Durellus quod unum potuit, compilavit testimonia pag. 25. 26. 27. Quibus comprobare vult observationem Festorum reformatis Ecclesiis non displicere : At recordari potuit bonus vir, nos non damnare simpliciter observationem aliarum dierum præter Dominicam, modo non æquentur diei Dominicæ,

nicæ, nec nimium multiplicentur, nec h
mines ad ſtrictam abſtinentiam ab om
opere ſervili cogantur, nec denique ex n
ceſſitate imponantur obſervandi, cum ad ru
nam potius quam ædificationem facere, ip
experientiâ deprehenduntur: præmiſſâ hâ
ſententiæ noſtræ explicatione non ver
mur ad Eccleſias reformatas provocare.

Quædam enim nullos dies ſolemnes præt
diem Dominicam obſervant. De Eccleſ
Genevenſi hoc teſtatur Calvinus Epiſt. a
Hallerum 1551. „Priuſquam urbem ingr
„derer, nullæ prorſus erant feriæ præte
„diem Dominicam quæ apud vos celebra
„tur, eodem plebiſcito acceptæ ſunt, qu
„ego & Farellus fuimus expulſi. idque im
„proborum violentiâ extortum magis fuit
„quam legitimo ordine decretum. in A
piſt. ad Min. Burenſem. „Antequam urbe
„hanc primo adventu ingreſſus eſſem, abr
„gati erant dies feſti omnes præter Domi
„cum. Farello & Vireto hoc utile viſum fu
„rat, ego receptæ conſuetudini acquievi ne
„verò hęc ſola fuit Eccleſia quę nullas pra
„ter diei ſeptimę ferias retinuerit, Argento
„rati enim olim idem inſtitutum fuera
Eccleſia Scoticana nulla feſta agnovit, nul
celebravit, quamvis enim quod verè anno
tavit Durellus pag. 27. in Synodo nationa
Edenburgenſi, Confeſſio Helvetica appro
baretur, diſertè tamen cum exceptione Feſto
rum

rum Christi facta est approbatio, adeo non erat cur, concluderet Durellus hodiernos ministros Ecclesiæ Scoticanæ ab antiqui δὶς διὰ πασῶν distare. Imo ipse Rex Jacobus annuente totâ Synodo nationali pie & prudenter jactitabat. „Se Regem natum in Ecclesiâ totius orbis sinceriore, sinceriore vicina Angliâ, cujus Liturgia nihil erat aliud quam „missa vulgari sermone malè versa, sinceriore „ipsâ Genevâ quæ paschatis & natalis Christi „diem observabat.

In constitutionibus Ecclesiasticis Dordrecti anno 1574. Art. 53. Statutum est, *ut contentæ essent Ecclesiæ observatione diei Dominicæ*; inde est quod Lutherani communiter numerent inter errores Calvinianorum, quod omnes ferias præter Diem Dominicam sustulerint, at si hoc sit tam grande scelus, videant quomodo Lutherum suum eo purgare possint, qui In libro ad Nobilitatem Germanicam scribit, *consultum esse, ut omnia festa aboleantur, solo Dominico die retento*, & in libro de bonis, operibus, *utinam, apud Christianos nullum esset Festum, nisi dies Dominicus*. Cui planè geminum est Buceri votum in Math. 12. fe„rias alias (præter diem Dominicum) sive „Christi &c. optarim abrogatas universas. Zelus ille quo introductæ fuere, omni verbo „& exemplo scripturæ caruit, mereque ratio

nem se-

ferias Ethnicorum seu clavum clavo trude ret.

2. Quædam Ecclesiæ retinent alia fes præter diem Dominicum sed invitæ, qu sine metu majoris mali non possunt illa ab lere, huc facit quod legimus in constitution bus Dordraci 1578. Art. 7. „Optandum esse „libertatem sex diebus operandi a Deo con „cessam, in Ecclesiis retineri, & solum „diem Dominicam feriatam esse, sed cum „authoritate Magistratûs nonnulli alii fes „dies observetur, nativitatis &c. Operam de „bunt verbi ministri, ut concionibus inuti „lem, & noxiam feriationem seu otium, in „sanctum & utile exercitium commutent „idem facient ministri in civitatibus ubi plu „res festi dies authoritate Magistratus ser „vantur, interim annitentur omnes Ec „clesiæ, ut consueta festorum omnium ob „servatio (excepto die nativitatis) quantum „fieri potest, quam commodissimè abole „tur; In Gallia si observentur nativitas &c Audivimus prius Capellum Durello sat laudatum autorem, judicium suum feren tem, *Consultius fortè fuisset &c.* Zanchiu etiam subacti judicii Theologus, quamv pro more suo indulgenter scribat de festis antiquâ Ecclesiâ receptis, in explicatione t men 4ti. præcepti satis aperte profitetur „magis consentaneum esse cum primâ insti „tutione, & cum scriptis apostolicis, ut t

mu

„nus tantum dies in ſeptimana ſolenniter „totus ſanctificetur, quam plures.

3. Aliquæ Eccleſiæ feſta Chriſti obſervant omnibus iis quæ Apoſtolis nuncupantur ſuperhabitis, Eccleſia Helvetica confeſſionis ſuæ cap. 24. ait „Si Eccleſiæ pro libertate „Chriſtianâ memoriam Dominicæ nativitatis, reſurrectionis &c. Religioſe celebrent, „maximoperè approbamus, feſta verò hominibus aut divis inſtituta, non probamus. Baſilienſis ſive Milhuſiana confeſſio artic. 10. ait „Credimus quod quemadmodum nemo „poteſt mandare quæ Chriſtus non mãdavit, „ita etiam nemo prohibere poſſit quæ ipſe „non prohibuit, ſcriptum enim ipſum audite Math. 3. Deut. 18. Act. 7. itaque cultum & invocationem demortuorum, Sanctorum venerationem, & extructionem idolorum & id genus improbamus, ob hanc „cauſam & auricularem confeſſionem, ſanctorum ferias, & quæ ejus generis ab homi„nibus exorta ſunt &c. Sanctos alioquin fa„temur coram Deo eſſe &c. Idem pronunciare videtur de Bernenſi Eccleſiâ Aretius in problem, part. 2. tit. de feriis. De Tigurinâ Bullingerus in epiſt. ad Calvinum an. 1551. „Noſtra Eccleſia ante annos ni fallor 12. plura habuit feſta, ſed abrogatis his ſolum retinuit diem Dominicam, & feſta Chriſti nativitatis viz, circumciſionis, & aſcentionis „Domini, adjecit & miſſionem Sp. Sancti ſu-

„peri-

„perioribus propter celebrationem cænæ
„abrogavit autem festa alia, quod vicini in-
„terpretarentur, nos ferias agere divis, erg
„ut palam profiteremur nos non colere di
„vos cultu soli Deo debito, omnia in Univer
„sum abrogavimus. De Ecclesiis Hungari-
cis videat cui tanti est Canones 1642. editos
Mihi cum hæc scriberem ad manus non
erant.

4. Ecclesias Bohemicas aliasque ejusdem
unitatis in Moraviâ, retinere Apostolorum &
aliquot Martyrum dies non est quod dissimu-
lem, sed ordinis solum causâ, non ex con-
scientiâ aliquâ. Consuetudo circa dies festos
„pag. mihi 51. Inter dies festos primam
„dignitatem tribuimus 7mo. diei Domini-
„co, quem arbitramur nemini hominum
„ad operas externas & serviles ullo etiam
„libertatis Christianæ prætextu, adhiberi
„licere, idque propterea quod institutionem
„ejus non pro ceremoniâ. sed pro parte legis
„moralis æternum inviolabilis agnoscimus
„& pag. 54. Celebramus præterea præcipuo-
„rum Christi operum memoriam certis
„diebus, nempe aduentus Christi &c. præte-
„rea Apostolorum & aliquot Martyrum dies
„sed hos eâdem libertate, quâ cæteri, memo-
„rię solum causâ & in occasionem constantiæ
„atque patientię exempla in Martyribus pro-
„poncndi, atque subinde aliquid utile popu-
lum admonendi, peractâ enim concione &
„preci-

„precibus æque ut cæteris diebus ad operas „omnes se conferunt. Ad operas se conferunt; non (ut apud nos fit) quod reliquum est diei in commessationibus turpiter consumunt, nullos habent apparitores qui explorent, an aliqui post recitatas preces opus suum faciant ut coram Episcopo aut Cancellario citent, vel cum ipsis certo precio paciscantur.

Eat jam Durellus & Hierarchicis suis suas narret victorias, & triumphet etiam si velit, de Ecclesiarum reformatarum circa dies festos consensu, Presbyteriani certè non verentur sese coram tribunali, earum sistere.

Duo addo, primum fratres Bohemos & Waldenses passim a Papistis reprehendi ac damnari, eo quod nulla festa præter diem Dominicum celebrarent, verum hæc eorum sententia Erasmo Roterodamo non valdè improbatur, in Epistolâ ad Johannem Slectam de festis diebus: „non multum abest „istorum opinio a seculo Hieronymi, nunc „in immensum crevit festorum turba, cum „nullis diebus plus scelerum committit vulgus, & quod est inhumanissimum (N.B.) „coguntur esse otiosi totos dies, nec victum alendis suis quærunt: Scripserat idem „in notata per Bedam, Dies festos non „damno, numerum imminui velim, præ„sertim quod videamus multos dies festos „non ex necessitate, nec ob magnam utilitatem Ecclesiæ, sed ob humanos affectus vel

„instituto, vel extortos ab Episcopis, quo
„si quis hic quoque metuit Ecclesiæ ruinam
„cogitet qualis fuerit Ecclesiæ status al
„quanto post tempora Hieronnymi, cu
„orbis (N. B.) Christianus nesciret ull
„dies præter Dominicam & duos tresve alio

Secundum, in Oriente Armenos die Natalis Domini nescire, nulla festa vel vig lias custodire, nec quatuor tempora nosse testante hoc de iis Thomâ a Iesu de Conver Gent. lib. 7. cap. 18.

Erat animus hic loci manum de tabulâ to lere, nisi incidissem in Reverendi doctiss mique Hammondi responsiones ad sex qu sita, in quibus rotundè asseritur. „Eos q „expungunt festum nativitatis Christi „Calendario Ecclesiæ, imò omnes qui fes „vitatem illam vel deponunt vel non obse „vant reos esse divisionis & seperationis, „saltem Symbolizationis cũ divisione, & s „peratione a Particulari Ecclesiâ Angliæ, ab Universali Ecclesiâ Christi in omnib „seculis, præcipuè primis & purissimis Lectâ hâc periodo totus obstupui, verebar nim ne ob ea quæ de festo nativitatis scri seram inter Schismaticos numerandus esse verum statim liberatus sum illo metu, na pag. 440. videbam lectorem ablegari ad C techismum Practicum, in quo, inquit pr dictus author, produxi testimonia multa Origine, Cypriano, Chrysostomo, quoru singu

„ſinguli arceſſunt obſervationem hujus feſti „primâ antiquitate, & ex Auguſtino, apud „quem character eſt filii Eccleſiæ, ſolenniter „celebrare feſtivitates, nominatim feſtivita„tem nativitatis; At prius ſecurus factus eram, ex iſtis autoribus qui in Catechiſmo practico laudantur; nihil tale colligi poſſe; Origines lib. 8. contr. Celſum enumerat celebriores feſtivitates Chriſtianorum, nullâ mentione factâ Nativitatis, undè ſaltem probabiliter colligitur tempore Originis feſtum illud recentius eſſe, inferunt viri non ineruditi tale quid ex Tertul. de Idololatr. cap. 14. At Origines meminit feſti innocentium, aitque ſanctos Patres præcipiſſe ſecundum voluntatem Dei ut in perpetuum celebretur in Eccleſiâ. hom. 3. in Mathæum; At primò, quis fide jubebit homiliam hanc eſſe Originis, & non, quod Eraſmo viſum eſt, authoris cujuſdam Latini Origine multò recentioris. 2.do Quid hoc ad feſtum Nativitatis? cujus ne nomen quidem occurrit, *imo inquit. R. D. feſtum Innocentium non potuit eſſe antiquius feſto Nativitatis*, at hoc gratis aſſeritur, adeóque facilè contemnitur. 3.tio Si fieret Syllogiſmus, conſtaret illico nihil ex hoc quidem loco concludi poſſe pro annuatim recurrente die ad celebrandam memoriam innocentium: pergit Doctor, *non ita multo poſt Originem Cyprianus habet ſermonem de Nativitate*, Videturne ergo iſte ſermo de Nativitate

Spiritum Cypriani redolere ? *Hoc Ithaci velit, & magno mercentur Achivi* : indeed nim Pontificii Scriptores opinionum suarum portenta inferunt, at tota Reformatorum cohors sermones illos, de Cardinalitus operibus Christi, tanquam suppositititios damnat restat unus Chrisostomus, qui quidem habet homiliam in Natalem, sed ex quâ nihil elici posset pro antiquitate antiquissimâ festi, cujus novitatem potius excusat; constitutionem consultò prætermitto, quamvis enim & ea a R. D. in causæ suæ subsidium adducantur nimis tamen manifestum est, eas Clementi non esse, sed nec antiquissimi Scriptoris; Videatur Dallæus. Quare mirum est R. D. tam tillis rationibus adductum, Schismaticorum stigmate omnes inurere qui Natalitiam festivitatem annuatim non observant, quam observare non est character filii Ecclesiæ apud *Augustinum*, sed apud nescio quem *scriptorem sermonum de tempore*. Quare concludo cum doctissimo Vossio de mente dieque natali Christi pa. 45. *initio Ecclesiæ Natalem Domini celebratum non videri, ac fortasse nec secundo* & per consequens ludibrium nobis debent qui Catholicismum aut traditionem Apostolicam crepant.

Ad scripta Apocrypha jam veniendum non negamus, quin in iis occurrant, quæ utiliter cum in privatis familiis, tùm in publicis templis legi possunt. Paulum tamen magis suspi-

cimus

imus quam Presules Anglicanos, monet ille
Epist. ad Tit. ca. 1. commate 14. *ne curemus*
fabulas Iudaicas, & præcepta hominum aver-
tentium a veritate, at præsules jubent (quod
obsignatis tabulis probare parati sumus &
probavimus) ea ex Apocryphis legere quæ
fabulosa, sunt absurda, impia; judicet orbis
Christianus *Deo*, *an homini obediendum sit?*
Præterea quis ferat ut capitibus veteris instru-
menti 188. vel neglectis, vel prætermissis, 121.
capita Apocrypha legantur: *nullam talem*
consuetudinem habent Ecclesiæ Christi, In
Judaicâ per omne Sabbatum legebantur vo-
ces Prophetarum, testante S. Lucâ Act. 13. 27.
in primitivâ Christianâ referente Justino in
Apolog. 2. da legebantur τὰ ἀπομνημονεύματα
ἀπόστολων ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν. video
zelotâ Liturgico objici confessionem Belgi-
cam in qua dicitur art. 70. *Libros Apocryphos*
Ecclesia legere, & ex iis documenta de rebus cum
libris Canonicis consentientibus, desumere potest:
hinc conficeretur Syllogismus, vel nihil
contra nos concluderetur, vel plus esset in
conclusione quam erat in præmissis, at re-
spondeat Voetius magni nominis apud Bel-
gas Professor, de Sabbato, & festis pag. 1313.
in praxi aut constitutionibus Ecclesiasticis no-
strum alicubi quid occurrat de Apocrypho-
rum editione cum eodem corpore Biblico, &
eidem mixtim cum Libris veteris Testamen-
ti, quinimo publicâ eorundem lectione;

hymnis publicè decantandis, qui ab homini concinnati erant, cogita id de tolerantiâ & li tatione eorum accipiendum. Idem Voet Pol. Eccles. lib. 2. cap. 3. pag. 599. 6 602. magno zelo contendit legendos esse Ecclesiâ solos libros canonicos; & sanè statutũ esset præsulibus nostris τὴν θέσιν φυλάττειν, pensitarent non modo quid lic sed etiam quid expediat; non autem exp proculdubio ut in templis legantur Libri pocryphi, ne rudiores tandem pari piet affectu & reverentiâ cum canonicis susc ant & venerentur: abundantem caute hic non nocere fatebuntur ii quibus cum sticis res est, nec Sixti Senensis confessio prætereunda, *quos* (inquit ille lib. 1. pag. *olim prisci Ecclesiæ patres tanquam Apocry & non canonicos habuerunt, eosque apud catechumenos nondum canonicæ lectionis ca ces, primum legi permiserunt, deinde proced tempore apud omnes fideles recitari concesser non ad dogmatum confirmationem, sed ad p li instructionem, & quia publicè & in Ecc legerentur, Ecclesiasticos nuncuparunt, de inter Scripturas irrefragabilis authoritatis mi voluerunt.*

In limine libri liturgici præcipitur ut *nes Presbyteri & Diaconi in precibus, matu & vespertinis, administrandâ & cænâ Bapt superpelliceo utantur.* Nos dicimus *r hunc malé præcipi*; probatur 1. quia mat

præcepti Ecclesiastici debet esse aliquid utile, utile (ut loqui amant Scholastici) secundum prævalentiam graduum: sunt enim rectores Ecclesiæ ministri Dei nobis ad bonum, & authoritatem habent ad ædificationem: ipsæ ceremoniæ quas Deus instituit abrogatæ sunt, quam primum desierunt esse utiles: atqui nulla in superpelliceo utilitas; Respond. hierarchici utile esse ad ordinem & decorum observandum, ad clericos a laicis distinguendos; ad significandam, si non efficiendam puritatem. Quid ego audio? non possunt divina officia decenter, & ordinatè peragi nisi induatur superpelliceum, at præceptum illud. 1 Cor. 14. 40. Juris naturalis (fatente Hookero) pars est, & per consequens illam solam decentiam respicit, quæ vel in lege naturali, vel in institutione Divinâ, vel saltem in consuetudine generali & rationabili, fundamentum habet: at hujusmodi decentiam superpelliceo nemo ascribit, nisi qui studio partium abripitur; habent sacerdotes Anglicani conciones non induto superpelliceo, & tamen satis decenter habêt, verbo dicam, Apostolicum illud πάντα &c. est propositio universalis affirmativa, adeóque simplicis conversionis non capax, quidquid fit, fieri debet decenter, at non quicquid decens est, fieri statim, aut ab Ecclesia præcipi debet. Plurima satis decora sunt, quorum contraria sunt æque decora, aut saltem non indecora; contra libertatem

Christianam Ecclesia peccat, si illud pre
piat sub ratione decori, quod vel adesse
abesse potest sine indecoro, alioquin po
precipere, ut omnes chirothecæ sint ejusd
coloris omnia collaria ejusdem prorsus fo
mæ & figuræ &c.

2. Cum ajunt utile esse superpelliceum
clericos a laicis distinguendos, frustra sum
quid enim opus est eos vestibus distingu
quos satis distinguunt sedes, quas in Eccl
siis occupant, & officia quę administrant. D
inde linea vestis clericum nequit distingue
a Laico, quia multi laici in Academiis & c
clesiis cathedralibus, tenentur istiusmodi v
stes induere, eque ac clerici.

3. Neque utile est superpelliceum ad p
ritatem & Sanctimoniam significandam
Quero enim num albedo in superpellic
clarius significat puritatem, quam albedo
parietibus templorum, &c. Si non clarius
quorsum multiplicantur entia sine necessita
te, si clarius significat, quero in quo fund
tur major ista claritas; Deinde num Eccles
liberum reliquit Ministris suis, quotiescun
que vestem hanc induunt cogitare de purit
te; si Liberum relinquat, tum medium in
stituit sine ullo ordine ad finem, si non Lib
tum relinquat, tum peccant qui vestem illam
induunt nullâ habitâ cogitatione de puritate,
at quis unquam Presbyterum aut Diaconum
hocce peccatum confitentem audivit?

2. M

2. Malè præcipitur, *quia sub severiori quam æquum est pœnâ præcipitur*; Si statuissent præsules ut omnes sine lineis vestibus sacra peragentes solvant 12. denairos toties quoties pauperibus, potuit ferri Sanctio, at ut propter omissas vestitûs ineptias, quis libertate concionandi mulctetur, & schismaticus audiat, planè intolerabile est! Si quis nequeat, aut nolit quolibet mense concionem habere, sufficit si alium conducat, qui istud officium peragat, at non sufficit si quis curet Liturgiam legi per alium, nisi illud per se suâ propriâ in personâ, & quidem albam vestem indutus faciat, indignus habetur qui ullo beneficio Ecclesiastico gaudeat. Ecquid hoc non est per traditiones humanas præceptum Dei evacuare?

3. Malè præcipitur, *quia præcipitur contra legem charitatis, quæ vetat in rebus non necessariis, offendiculum præbere infirmoribus. Si præstet alligatâ collo molâ asinariâ demergi quem in profundum maris, quam scandalizare unum e pusillis Christi*, quam horrendum est flagitium leges ferre, & obligare Ministros ad scandalizandos alios? respondere solent ceremoniarum architecti, qui scandalizantur non esse pusillos, sed Pharisæos. At hujusmodi censuris antevertunt quantum in se est Diem judicii, & ereptum Christi officium temerè usurpant.

uſurpant. 2. Si concederetur Phariſæos eſſe qui ſe ſcandalizari patiuntur, numquid nulla habenda eſt Phariſæorum ratio in condendis legibus! inimici infenſiſſimi ſunt diligendi, ſi diligendi, non ſunt offendendi, ſi ſcandalum eorum cum nullo vel penè nullo detrimento poteſt impediri, at poteſt Eccleſia cum nullo ſuo detrimento abſtinere a condendis legibus de veſte lineâ.

4. Malè præcipitur, quia Papiſtarum ſannis & ludibrio Eccleſiam noſtram exponit. Hinc enim eſt quod Weſtonus Anglos furti inſimulet (in Theatro vitæ civilis & ſacræ pag. 564.) & ſi fures haberi nolunt, Antichriſti tamen ſimias eos eſſe contendit, falſè ſatis a quodam apud Weſtonum dictum eſt, *Videntur Angli Papam e ſuo regno fugâſſe adeo feſtinè, ut eum coegerint veſtes a tergo relinquere.* Ego facilis largior primos reformatores retinuiſſe hunc ritum, aliosque nobis cum Papiſtis communes, ut facilius Pſeudocatholicos ad Eccleſiam allicerent, at Deum huic concilio non benedixiſſe utinam experientia non ita nimis teſtaretur: Quis non videt veſtigia omnia Romam verſus ſpectare, nulla retrorſum? non mediocriter confirmantur in ſuperſtitione Romanenſes & ſpem concipiunt redituros ad caſtra ſua Anglos, ex eo quòd vident cultum noſtrum non fine ritibus eorum celebrari.

Dico

Dico 2. Hic ritus bonâ conscientiâ a nobis observari nequit. Probatur : Ritus qui ab hominibus instituitur, & tamen ordinatur ad significandum aliquid mysticum, & soli Dei cultui appropriatur, is bonâ conscientiâ nequit observari : at talis est superpelliceum, ergo : Minor in confesso est. Major explicanda primum, dein confirmanda; Per ritum ab hominibus institutum, intelligo omnem cæremoniam, quæ lege Dei vel naturali, vel positivâ non præcipitur. Per ritum ordinatum ad significandum volo, ritum qui etsi naturâ aptus sit ad significandum, actualiter tamen non significat sine speciali applicatione, unde cæremoniæ quæ naturaliter significant ante & citra omnem humanam institutionem, a nostris religiosè observantur 3. Per ritum ordinatum ad significandum aliquod mysticum denoto ritum qui significat vel favorem & gratiam Dei, vel hominis Officium, talis ritus inquam, nequit observari bonâ conscientiâ, quia derogat perfectioni sacrarum scripturarum, & Officiis Christi prophetico ac regio detrahit, Apostolicæ denique Ecclesiæ negligentiam ascribit. Omnia hæc media lubens persequerer, nisi operam meam feliciter antevertissent Amesius, & Henr. Jeanes, in agro Somersetensi concionator, quibus nescio an unquam respondere aggressi fuerint Hierarchici. Primum medium

dium attingere non gravabor, ea est divinæ Scripturæ perfectio, ni hil ut ei addi debeat, nihil detrahi, at hujusmodi ritu fit additio verbo Dei. Respondetur communiter partes cultûs addi non posse, ceremonias cultûs addi posse; at membra hujusce distinctionis coincidunt, ceremoniæ enim sunt pars cultûs, qui dividitur in naturalem & ceremonialem, Pedem ergo hic conferamus. Si partes cultûs non possunt addi, tum hæc ceremonia non possit addi: probatur consequentia, hæc ceremonia est pars cultus. Ergo. Imò, ait Mortonus, & ejus Hyperaspistes Burgesius, est pars, sed non propriè dicta, Regero, Cujus proprius usus est honor Dei, & quod in sua natura formaliter elicitur a religione, est cultus externus propriè dictus, Ceremoniæ de qua agimus, proprius usus est &c, Ergo.

Dicimus 3. Superpelliceum primis & puriſſimis Eccleſiis non fuiſſe in uſu. Probatur hoc ſatis quia non probatur contrarium. Probatur etiam teſtimonio. Primis temporibus communi indumento veſtiti miſſas agebant, ſicut & hactenus quidam Orientalium facere perhibentur, inquit Walafridus Strabo de rebus Eccleſ. cap. 24. Veſtis albæ primi meminerunt, Hieronymus & Chriſoſtomus, ſed dubitat ipſe Hookerus an ex horum Patrum teſtimoniis concludi poſſit miniſtros tunc temporis veſtem candi-

dam

dam Divinis exercitiis propriam induisse, sed esto, sequatur illud. Novimus Hieronymum & Chrisost. illis sæculis floruisse, in quibus multitudine cerimoniarū oneratam esse Ecclesiam conqueritur Augustinus Epist. 119. ad Ianuarium. Verba exhibebo integra. „Quamvis enim neque hoc inveniri possit „quomodo contra fidem sint, ipsam tamen „religionem quam paucissimis & manifestis„simis celebrationum Sacramentis, miseri„cordia esse liberam voluit, servilibus one„ribus premunt; ut tolerabilior, sit conditio „Judæorum, qui etiamsi tempus libertatis „non agnoverint, legalibus tamen sarcinis, „non humanis præsumptionibus subjiciun„tur, sed Ecclesia Dei inter multam paleam, „multaque zizania constituta multa tolerat: Hæc Augustinus, plura (quod non obscure in eâdem Epistolâ innuit) scripturus, nisi temporum iniquitas prohibuisset. Et tamen nostrates sine rubore vociferantur, novum instrumentum non perfectam esse regulam cerimoniarum Evangelicarum, sed multiplicãdas eas esse prout præsulum lascivientium ingenio videbitur expedire. Quando ergo leges pœnales latæ sunt de superpelliceo induendo in sacris administrandis? de hâc quæstione non eadem est doctorum sententia. Gul. Prynnus, in brevi & pacifico examine cerimonialium appendicum libri Liturgici,

videtur omnia antiquitatis monumenta quæ huc faciunt consuluisse, eum dum perlego video an. 1215. in Synodo Gallicanâ decretum esse ne sacerdotes, Sacellani &c. sine suppliciis extra Domus suas incedant, ast istiusce Synodi autoritatem refugient ipsi Hierarchici, præscribit enim ut sacerdos indutus superpelliceo corporalia abluat in vase mundo specialiter ad hoc deputato, & ut omnes ablutiones si fieri potest in piscinâ reponantur, vel saltem primæ, ceteræ autem in Baptisterio. Idem author memmit Synodi Gallicanæ sub Americo congregatæ a. 1367. Quæ præcipit sub pœna excommunicationis, quod Clerici honestè superpelliciis sint induti, at nulla unquam Synodus generalis & orthodoxa de hisce nugis quicquam præcepit, saltem sub tantâ pœnâ. Reformatæ Ecclesiæ Doctores, quicquid contra ogganniat Durellus, vestem hanc vel planè damnant, vel minus probant, vel saltem ea scribunt quæcum ejus usu nequeant consistere. Voetius Disput. de idolatria indirectâ & participatâ pro, 7. p. 267 An vestes sacerdotum pseudosacræ & alia ornamenta (ex gr. album indumentum) quibus cultu idolatrico suo uti solent Gentiles aut Pontificii, si adhibeantur in cultu publico a nostris, aliquâ ratione symbolizent? „ Resp. Affir. H. Altingius in Controv. de „ ceremoniis pag. 153. & 154. Ministri ve„ stitu albo non induendi. Rationes; iò Quia

vestes

„ vestes albæ nec a Christo, nec ab Apostolis „ ejus, præscriptæ vel usurpatæ sed ab homi- „ nibus superstitiosis institutæ sunt, ergo nec „ nobis usurpandæ. 2.o Vestes albæ partim „ sacerdotium leviticum, partim papismum „ redolent, Ergo non tolerandæ. Antecedens „ constat, quia & peculiaris Levitarum ve- „ stitus, & color ille Missificis proprius est, „ ad Missæ commendationem confictus. Lu- „ theranorum rationes refutat idem pa. 155. Ecclesiæ Scoticanæ judicium notius est quam ut de eo testimonia adhibere necessum sit, extant in Rev: fidissimique Petræi historiâ Ecclesiasticâ parte tertiâ cent. 16. p. 348. 349. Literæ a Synodo nationali Edenburgi congregatâ an. 1566. datæ, ad Episcopos & Pastores Ecclesiæ Anglicanæ, qui profitentur sincerè Dominum Iesum Christum, in quibus serjò eorum causa agitur qui vestem lineam non recipiunt, nec dedignatus est Sereniſſimus Iacobus Elizabetham pro Cartwrighto interpellare; In Angliâ nostrâ martyres non pauci, quod e Foxo discimus, ab hâc veste abhorruerunt: nec alia mens Hoopero martyri pientissimo: In eandem sententiam concessit Ridlejus cum in carcere detineretur brevi lignis fælicibus ustulandus.

Taceo ipsum *Iohannem Foxum*, *Laurentium Humfredum*, Doctorem *Fulconem*, reformatæ religionis propugnatores acerrimos, quo

haſce

haſce veſtium nugas non tuliſſe conſtat. *Fuxus* in Martyrologia *Eſcas Papatus. Humphredus* in Epiſtola ad Epiſcopos (cujus exemplar in Ameſii triplicatione videre eſt) *tunicas papales*, appellitant: *Fulco* maluit *Collegium deſerere*, & in *domo privatâ victum & cubile ſuſcipere, quam ſuperpelliceum induere*, vid. Ames. pag. 473.

Oggerit Durellus pag. 215. &c. itemque pag. 239. diſplicuiſſe *Bucero* & *Petro Martyri*, pientiſſimi *Hooperi* de re veſtiaria moroſitatem: Reſpond. *Martinum Bucerum*, nunquam ſine honoris præfatione nominare ſoleo, audiatur tamen de eo *Calvinus* Epiſt. 13. *Tanto ſtudio propagandi Evangelii flagrat Bucerus, ut quæ precipua ſunt contentus impetraſſe interdum ſit æquo lenior in iis concedendis, quæ minutula quidem ipſe putat, ſed habent etiam ſuum pondus.* Sed & audiatur de eodem clariſſimus Beza Reſp. ad Balduinum, „quod „ad Anglicanam reformationem attinet, „quum dicis eam ex Buceri concilio ac vo„luntate fuiſſe inſtitutum, magnam optimo „viro injuriam facis, qui quum in illo regno verſaretur, propagati illic Evangelii initio di„ci non poteſt quot & quam gravibus ge„mitibus inter cætera deploraret diſciplinæ & puritatis rituum in conſtituendis illis Eccleſiis majorem rationem non ha„beri. Imo etiam non pigebit, ut de tuo „mendacio melius appareat, quædam aſcri-

„aſcribere ex ipſius literis ad hominem ami-
„ciſſimum Cantabrigiæ ſcriptis Ian. 12.
„1550. in quibus hæc etiam ſcribit; Quod
„me mones de puritate rituum, ſcito hic
„(N. B.) neminem extraneum de his rebus
„rogari, tamen ex nobis ubi poſſumus offi-
„cio non deſumus ſcriptis & coram, ac im-
„primis ut plebibus Chriſti de veris paſto-
„ribus conſulatur, deinde etiam de puritate
„puriſſimâ & Doctrinæ & rituum. Quid au-
„tem Bucerus maximè probarit, & quid fac-
„turus fuiſſet ſi licuiſſet, unde tandem me-
„lius quam ex Argentinenſis Eccleſiæ ri-
„tibus diſcemus? quanquam ne hic qui-
„dem eum obtinuiſſe bonam eorum par-
„tem quæ optimo jure deſiderabat, ſer-
„monibus &c. teſtatus eſt, ſed tamen
„in Eccleſiæ Argentinenſis ritibus ubi
„tandem illas putidas, quas jactas, ſpon-
„ſiones, ubi cruces ubi Chryſma compe-
„ries?

Petrus Martyr, affectu præpoſtero potius quam ſolidâ aliquâ ratione ductus, ejus erat *Hoopero* author Concilii, ut ſuper-pelliceum potius indueret, quam miniſterium deſereret: at vero in ipſamet Epiſtolâ quam ad eum hâc de re dedit, haud diſſimulat ritum illum ſibi minus probari: „Æ„rè patior (inquit) ab eâ ſimpliçi pu-
„raque conſuetudine avelli, quâ tu noſti

Ar-

„Argentinæ nos omnes diu usos esse, ubi ve-
„stium discrimina quoad sacra erant sublata,
„morem illum ut candidiorem & maximè
„respicientem Apostolorum Ecclesiam semper
„probavi, atque Deum immortalem rogo, ut
„& ibi quam diutissimè conservetur, & ubi-
„cunque restituitur Ecclesia Christi, tandem
„recipiatur. Et in aliâ Epistolâ ad Amicum
quendam datâ, 1.o Julii Anno 1550. Magis
„expedire judico, ut ea vestis & alia plura id
„genus, cum fieri commodè poterit, aufe-
„rantur, quo res Ecclesiasticæ multò simpli-
„cissimè gerantur. Videamus an judicium re-
trectârit cum regnante Elizabethâ de vestibus
hisce controversia redintegraretur; In Epi-
stolâ ad amicum quendam in Angliâ Tiguri
„datâ Anno 1559. Hæc scribit: De vesti-
„bus, ut sacris in ministerio ipso adhibendis,
„cum speciem missæ referant, & sint *meræ*
„*papatus reliquiæ*, Dominus *Bullingerus* cen-
„set, non esse illis utendum, ne tuo exem-
„plo res, quæ scandalo est, confirmetur: ego
„verò, etsi usum ejusmodi ornamentorum
„semper sum adversatus, quia tamen vide-
„bam esse præsens periculum nè concionan-
„di munere abdicareris, & spem fortassis ali-
„quam fore, ut quemadmodum Altaria & i-
„magines ablatæ sunt, ita etiam illæ species
„missæ auferantur, si tu, & alii Episcopatum
„adepti, prorsus in id incumberetis, quod
„minus fortè procederet, si loco tuo alter
succes-

„succesſerit, qui non tantum illas reliquias „repelli non curaret, ſed potius defenderet, „foveret ac tueretur, idcirco tardior eram ad „perſuadendum, ut potiùs Epiſcopatum re„cuſares, quam ut illarum veſtium uſum „reciperes: attamen quia ſcandala ejus ge„neris vidi prorſus evitanda, propterea in „ſententiam ejus (N. B.) facilè ceſſi; hæc „ſunt quæ poſſum de re præſenti ſcribere, tu „verò id videto ne adverſus conſcientiam „tuam quicquam facias. Ad extremum ego „te id ſcire velim, quæſtiones hujus generis „nobis quoque duras eſſe, ideò concilium „non tam facile dari poteſt: ego cum eſſem „Oxonii veſtibus illis albis in choro nun„quam uti volui, quamvis eſſem Canoni„cus, facti mei ratio mihi conſtabat. In Epi„ſtolâ ad eundem datâ Calendas Febru: 1568. „De veſtibus, quas vocant ſacras, fateor ali„quid durius, & quod meipſum non nihil „perturbat, Ut miror illas adeo mordicus „retineri, cum tamen cogito &c. Veſtibus „ergo iis uti poſſes, vel in concione habenda, „vel in cænâ domini adminiſtrandâ, ſic ta„men ut diſcere & docere contra earum u„ſum pergas: Summa eſt, veſtem lineam „nunquam approbavit Martyr, vix aut ne vix quidem auſus eſt dicere, miniſterium non eſſe deſerendum citiùs, quàm ut quis eam induat.

Iohannes Alascō, cujus celebre est apud Anglos nomen, sereniſſimo *Eduardo* Regi Epiſtolam conſcripſit bene longam, quam tamen integram tranſcribere in gratiam Durelli mei non gravabor. „Rectè facit pater, „laudemque meretur proculdubiò, ſi filiam virginem, dolis lenonum ad ganeas „fortè abreptam, rituque jam meretricis „ornatam, protinus illinc eximat incolumi „adhuc pudicitiâ illius, inque ſuas rurſum ipſius ædes reducat: ſed idem ſatis non eſſe putat, ad tuendam ſuam, filiæque illius, & totius adeo familiæ ſuæ honeſtatem, exemiſſe e ganeis filiam, inque ſuas ædes reduxiſſe, niſi illi id totum planè detrahat, „quod in ganeis illis pro ornatu meretricio „haberi videt; neque diſquirit, undenam „ornatus ille originem ſuam habeat; ſed indecorum ſibi, adeoque & caſtitate filiæ „ſuæ, & familiæ etiam totius indignum „eſſe judicat; ut aliquid omnino ejuſmodi „domi ſuæ conſpiciatur, undecunque tandem deductum eſſet, quod in ganeis ipſis „pro ornatu meretricio haberi non ignoret. „Neque hic audit eorum perſuaſiones, qui „omnia ex patris arbitrio domi ſuæ æſtimanda eſſe dicunt, & proinde ornatum quoque „meretricium illum in ganeis, honeſtiſſimum jam fore putant domi paternæ, cum „filiæ illi, tum etiam reliquæ toti familiæ, „ſiquidem paternâ authoritate comprobaretur

„ tur; eo quod in patris id poteſtate poſitum
„ eſſe videatur, ut quæ illi probantur, ea
„ jam honeſta etiam domi ſuæ omnia eſſe
„ cenſeantur: intelligit enim, etiamſi domi
„ ſuæ pro honeſtis haberentur omnia quæ
„ ipſe ſuâ authoritate comprobâſſet, hone-
„ ſtatem tamen filiæ illius, & familiæ ſuæ
„ totius, non intra domeſticos ſibi duntaxat
„ parietes ſuos, ſed per totam etiam civita-
„ tem reliquam, tuendam eſſe, ut omnem
„ malam ſuſpicionem apud omnes omnino
„ cives, a domo ſuâ depellat: Et cavet ne
„ ullis rurſus lenonibus, ullam deinceps etiam
„ repoſcendæ denuò ad ganeas filiæ ſuæ occa-
„ ſionem quoquo modo relinquat, pro
„ jure ipſorum, ſi quæ apud illam notæ ad-
„ huc tales, ganeis familiares conſpiceren-
„ tur: Ita verò etiam parentum loco ſunt
„ in Dei Eccleſiâ, veluti in civitate qua-
„ dam, & verbi & gladij miniſtri omnes;
„ habentque ſibi concreditum, ab ipſo-
„ met Domino Deo, veluti filiæ loco, purum
„ ac legitimum miniſterium ſacramento-
„ rum: hic igitur iſtorum Eccleſiæ parentum
„ (ut ita jam loquamur) fidem ac ſtudium
„ nemo non meritò laudaverit, ſi concredi-
„ tam ſibi ab ipſomet Deo (veluti filiam quan-
„ dam) purum ac legitimum ſacramento-
„ rum miniſterium, ab Antichriſti Romani,
„ & lenonum ſuorum ganeis, in quas vi ac
„ tyrannide ipſorum abductum fuerat,

in

„ in ſuas ipſorum domus rurſus , in curam
„ (inquam) ac cuſtodiam ſuam reduxerunt
„ Sed hic cogitare debent utrique , potiſſi-
„ mum autem ij , qui non fruſtra præcellen-
„ tes Dei Miniſtri Altoreſque Eccleſiæ Dei
„ a Spiritu Sancto vocantur, Reges (inquam)
„ ac Monarchæ X.tiani , ſatis non eſſe , ſi
„ filiam illam a ganeis papiſticis, in ædes rur-
„ ſus ſuas ipſorum , hoc eſt , in curam cuſto-
„ diamque ſuam recipiant , niſi eam etiam
„ omni illo ornatu planè exuant , quem in
„ ganeis ipſis meretricium ornatum & eſſe
„ & haberi ſciunt , nequid ejuſmodi domi
„ ipſorum conſpiciatur (quod pro mereticio
„ haberi poſſet : in eâ potiſſimum civitate, in
„ quâ varia ſunt adhuc judicia hominum, ne-
„ que ab uno homine gubernari poſſunt ; &
„ in quâ adhuc multam infinitamque leno-
„ num turbam ſupereſſe conſtat ; neque hic
„ audient perſuaſiones eorum , qui ornatum
„ ejuſmodi (undecunque tandem deſumptus
„ eſſet) honeſtum nihilominus domi paternæ
„ fore exiſtimant , ſi patris ipſius autoritate
„ comprobetur : intelligunt enim , non toti
„ ſe civitati omnino , non toti (inquam) Dei
„ Eccleſiæ , ſed parti duntaxat illius alicui ,
„ veluti Domui ac familiæ cuidam præeſſe ;
„ & proinde etiamſi domi ſuæ , pro honeſtis
„ jam haberi videant, quæ ipſi ſuâ authorita-
„ te comprobaſſent , ſui interim officii eſſe
„ agnoſcunt (quatenus equidem caſti-

tatis

„ ſtitatis amantes, publicæque honeſtatis „ ſtudioſi haberi volunt) ut filiæ illius totius- „ que adeo familiæ ſuæ honeſtatem, non in- „ ter domeſticos tantum parietes ſuos, ſed „ per totam illam civitatem etiam, omni „ ſtudio ac curâ tueantur, nihilque domi ſuæ „ conſpici patiantur. quod in ejuſdem civi- „ tatis ganeis ac lupanaribus, maximo leno- „ num omnium conatu ac tyrannide, pro „ meretricio haberi interim, urgerique ac „ propugnari vident; poſtremò, cavendum „ ſibi modis omnibus eſſe putant, ne eiſdem „ lenonibus rurſum, aut eorum ſimilibus, „ ullam omnino occaſionem (pro jure ipſo- „ rum) relinquant, quoquo modo repoſcen- „ dæ filiæ illius ſuæ: ſi quæ notæ adhuc (ga- „ neis illis familiares) apud illam conſpice- „ rentur.

„ Iam vero tu quoque unus es ex hiſce Ec- „ cleſiæ Dei Altoribus (Rex Sereniſſime) „ quo quidem nomine, ſummas Deo Patri „ noſtro cæleſti gratias agimus, Et concre- „ ditum tibi in præcellenti vocatione hâc tuâ „ a Domino Deo, Sacramentorum miniſte- „ rium, veluti filiam quandam ganeis jam „ Papiſticis, in tuas rurſum ædes (divino be- „ neficio) hoc eſt in curam ac cuſtodiam „ tuam domeſticam reductum habes. Hic „ tu igitur tibi quoque ſequendum eſſe cogi- „ tabis, in his quæ adhuc reſtant, propoſi- „ tum jam boni Parentis exemplum, in tuen-

dâ

„ dâ reductæ filiæ, totiusque adeo familiæ
„ tuæ, publicâ honestate, non tantum in Re-
„ gno tuo florentissimo, sed in Catholicâ etiã
„ Christi Ecclesiâ, cujus alioqui & ipse civis
„ es ejusque partem pulcherrimam, veluti in-
„ signem illius familiam tibi concreditam
„ habes. Hoc vero abs te pii omnes, toto orbe
„ Christiano, expectant: & quidem tanto ma-
„ jori desiderio, quanto majoribus atque ex-
„ cellentioribus donis te a Domino Deo no-
„ stro ornatum, ac sublimiore etiam supra a-
„ lios fere omnes, loco, positum esse non igno-
„ rant: nempe ut sacramentorum minister-
„ rium, illecebris meretriciis, in Papæ ganeis
„ nefandissimè profanatum, omni illarum or-
„ natu meretricio exuas, suoque illud orna-
„ tu virgineo rursus inducas, quo videlicet a
„ summo Regum omnium Rege ac Nomo-
„ thete, Christo Domino, in suis institutioni-
„ bus ornatum esse constat. Sic enim nota
„ demum erit toti Ecclesiæ Christi, fides tua
„ in tuendâ filiæ tibi concreditæ, non modo
„ domi tuæ, sed toto etiam orbe terrarum,
„ publicâ honestate,

At in Ecclesiis Lutheranis albarum vestium usus obtinet, hoc ad nauseam usque inculcat Durellus: sitque quod per me licebit Ecclesiis istis suus honos, audiatur interim de ijs *Henr. Altingius* pag. 145. tota „ illa ceremoniarum pompa pro quâ non aliter

„ter quam pro aris & focis digladiantur, ex
„papatu eſt, a quo utut in Doctrinâ ſeceſſio-
„nem initio faceret Lutherus, ceremonias
„tamen retinuit: poſtea cum ipſo in Pathmo
„ſuo latitante, Caroloſtadius hortatu alio-
„rum reformationem rituum aggrederetur,
„Domumque Domini ab inſtrumentis ido-
„lolatricis repurgare inciperet, Lutherus
„ambitione magis quam juſtâ ratione im-
„pulſus, totum factum damnavit; inſtru-
„mentaque deſtructa jam reſtituit, relicta
„confirmavit; licet & tum, & poſtea, & jam
„omnia ad Apoſtolicam ſimplicitatem ve-
„vocanda dictitaret, quæ verò a magiſtro
„acceperunt diſcipuli, eadem ipſi ſervârunt,
„non tantum quod diſcedere a placitis
„ejus ipſis religio eſſet, ſed etiam ut ob
„diſcrepantiam rituum, juſtior gravior-
„que facti ſchiſmatis cauſa videretur, ve-
rè & ingenuè agnoſcit vir Doctus *Lu-
thero* ſemper in votis fuiſſe, ut omnia
ad ſimplicitatem Apoſtolicam revocaren-
tur. Nam cum quidam conſultum eſſe pu-
tarent, ut coactâ Synodo de ceremoni-
arum in omnibus Eccleſiis conformitate
certi quid decerneretur ab eorum ſenten-
„tiâ abhorrebat: mihi, inquit non ſatis tu-
„tum videtur concilium ex noſtris cogi pro
„unitate ceremoniarum ſtatuendâ: eſt enim
res mali

„mali exempli quantumvis bono zelo tenta-
„tâ, ut probant omnia Ecclesiæ concilia ab
„initio, ita ut & in Concilio Apostolico fer-
„mè de operibus & traditionibus magis
„quam de fide tractatum sit, in posteriori-
„bus verò nunquam de fide, sed semper de
„opinionibus & quæstionibus disputatum, ut
„mihi conciliorum nomen penè tam su-
„spectum & invisum sit, quam nomen li-
„beri arbitrii. Si una ecclesia alteram sponte
„non vult imitari in externis istis, quid opus
„est conciliorum decretis cogi quæ mox in
„leges, & animarum laqueos vertuntur? imi-
„tetur ergo altera alteram liberè, aut suis
moribus sinatur frui, modo unitas spiritus
„salva sit in fide & verbo, quantumvis sit
„diversitas & varietas in carne & elemento
„mundi. Videatur Tom. 2. Epist. pag.
243.

Norunt etiam omnes, *Confessionem Augustanam* a *Luthero* delineatam, & septemdecem articulis comprehensam fuisse, quorum articulorum ultimus, referente Sculteto in Annalibus, sic se habet. *Quod ceremoniæ Ecclesiasticæ, pugnantes cum verbo Dei sint abolendæ: cæteræ autem liberæ permittantur, ut iis vel utamur, vel non utamur secundum normam dilectionis: ne leviter absque gravi causâ scandalum aliis præbeatur: & communis pax sine necessitate turbetur.*

Melanchton hanc Confessionem poste-

ex-

exsciavit, & in formam redegit, sed ita ut omnia ad Pontificiorum sensus nimis accommodaret, & eâ ratione magnam sibi apud suos conflaret invidiam: nullum detrectavit onus quod sine scelere suscipi posset, ritus omnes qui videbantur ἀδιάφορα, promisit suos communiter cum Papistis servaturos, nec hoc male, nisi quod præ nimio pacis studio, & innatâ ingenii timiditate, omnia fere in indifferentium classe collocaret, adeo ut *Calvinus* eum hâc de re acrius moneret in Epist. ad Melanchtonem. &c. „Ego nunc te apud teipsum accuso, ne ils, „qui absentem damnant, cogar subscribere; „hæc tuæ defensionis summa est, modò retineatur doctrinæ puritas, non esse de rebus externis pertinaciter dimicandum; atqui si „verum est quod pro certo passim asseritur, „tu res medias & indifferentes nimis longè „extendis, cultum Dei mille modis apud Papistas adulteratum non ignoras, corruptelas, quæ minimè tolerabiles erant sustulimus, nunc impii, ut de subacto Evangelio triumphum agant, easdem jubent restituere; si quis recusare non dubitet, hoccine pertinaciæ ejus ascribes? id vero a rudi „modestiâ quam alienum sit novi; tu si ad cedendum fuisti mollior, id tibi a multis vitio „verti, non est quod mirere. Adde quod rerum quas tu medias facis, quædam cum „verbo manifestè pugnant; nimis præcisè

„tassis quædam alii urgent, atque ut in con-
„tentionibus fieri solet, odiose quædam exa-
„gitant, quibus non inest tantum mali; ve-
„rum si quid in rebus divinis intelligo, tam
„multa papistis abs te concedi non oportuit,
„partim quia laxasti quę verbo suo dominus
„astringit, partim quia proterve Evangelio
„inultandi materiem dedisti. Hactenus
Calvinus. Mihi, dum *Melanchthonis* Epistolas
lego, plura occurrunt loca, e quibus constat
virum mitem *lineam vestem* tolerâsse potius
quàm approbâsse, non favit *Gabrieli* & *Dia-
cono* qui contendebant esse *idolatriam*, & *de-
sertionem veritatis lineam vestem induere*, sed
nec judicavit ob hunc ritum *deserendam esse
Ecclesiam*; hortatur interim Aulam ne hâc de
re mandatum fiat, & inter ineptias vel ve-
„rius onera reponit. Cogita, inquit, Epist.
„pagina 106, *Vtèr malè* faciat, an ille du-
„rus & horridus, qui ut retineat laudem
„constantię, mavult ecclesiam deserere,
„quàm vestem mutare, an verò *patientiæ
„servitutis*, qui ut prosit Ecclesię, sustinet
„onera quamvis ingrata, sed sine impieta-
„te. Et pag. 134. Fateor me suasisse Fran-
„cis & aliis ne desererent Ecclesias propter
„*Servitutem*, quę sine impietate sustineri
„possit, nam quod Illiricus vociferatur,
„*potius usitatem fuisse faciendam in templis,
„& metu seditionis terrendos principes*, ego
„ne

»ne nunc quidem tam tristis sententiæ au»thor esse velim, alia *onera* multò duriora »quàm linea vestis est, sustinere nos studio»rum & Ecclesiæ causâ manifestum est. »pagina 357. Et oculi & animi hominum »offenduntur crebris præsertim mutationi»bus rituum in templis, ac initio Lutherus »*vestitus ineptias* etiam tulit; ne novitas »seu morosis, seu profanis, sermones præ»beret. Iudice ergo Melanchthone vestis linea Ecclesiis Lutheranis oneri erat magis quam ornatui, imo laudat Clarissimus *Voetius* in Pol: Eccl: pag. 410. duas *Melanchthonis* Epistolas ad *Illiricum*, in quibus profitetur pœnitentiam de nimiâ suâ in ritibus aliisque concessione & συγκαταβάσει ad principalem reformationem in ecclesiis obtinendam; literas hasce mihi nondum contigit legere integras, sed ex earum unâ quę huc faciunt excerpsit celeberrimus *Hoornbeckius* de Lutheranismo. Quid unum Melanchthonem refero, universa Academia Wittebergensis in *expositione quam ex actis Synodicis compilavit & edidit Anno* 1559. apertè profitetur, *Adiaphora admissa esse cum Imperator receptionem Libri Augustani dicti interim pertinacissimè urgeret, & metus esset ne, si non restituerentur ritus, penitus vastarentur Ecclesiæ; cumque postulationi principis refragari non liceret.* Et tamen rebus sic stantibus Pomeranus de lineâ veste

veste plura promittere noluit, quam a pastoribus suæ inspectioni subditis bonâ eorum cum gratiâ impetrare possit. Verba Wittebergensium de suis Theologis hæc sunt, cum „repetivissent iterum atque iterum rejectionem ac refutationem impietatum libri Augustani, & coram Electore Mauritio *mutationem in adiaphoris omnem multoties diffuasissent, & essent deprecati:* Elector verò Mauritius constanter se nullam facturum mutationem ullius rei necessariæ ostenderet, sed „in *ritibus adiaphoris velle se suæ conscientiæ causâ præstare obedientiam Imperatori*, quatenus cum pietate & religione ad Deum „possit; moti ergo salute harum Ecclesiarum, cesserunt ei, & censuerunt hanc „potius *servitutem* ferendam, quam aut dissertione vastandas, aut seditione commovendas Ecclesias; addiderunt disertè sehâc „sententiâ *consulere imbecillioribus, non statuendo zelo confirmatiorum & robustiorum, si „qui essent, qui experiri adversationes suo loco, „& suo cum periculo, non alieno, quam cedere „mallent, ferendo servitutem non impiam.*

Sciat Durellus parum nos morari vestis quâ in divinis celebrandis utimur, alba sit an atra, neque enim colore offendimur, sed significatione mysticâ, ritus autem significativos damnant Lutherani, patescit hoc e Confessione Wittebergensi. „Non licet veteres „ritus legis restaurare, vel novos comminisci,

„ci, ad adumbrandam veritatem Evangelio „jam patefactam & illustratam, quales sunt „interdiu accendere cereos ad significan„dam Lucem Evangelii, aut uti vexillis cru„cis ad significandam victoriam Christi per „crucem quod genus est universa panoplia „vestium missalium, quam aiunt adumbra„re totam passionem Christi. Imo in eristicis suis profitetur *Whitgiftus* sibi non placere ut instituatur vestis ad significandam puritatem & tamen in præfatione ad librum Liturgicum exertè dicitur *hanc ceremoniam esse significativam & aptam ad hominis ignavum animum excitandum*, quo nihil fermè augustius dici possit de duobus novi fœderis sacramentis.

Ne sim nimius nos Lutheranos judices non refugimus modò suis principiis velint stare, in Confessione enim Augustanâ ajunt „sentiendum esse de rebus Ecclesiasticis, „quod sint res indifferentes, quæ extra casum „scandali omitti possunt. Et in formulâ „concordiæ controversiam de rebus adiapho„ris sic declarant, si quando talia sub titulo „& prætextu externarum rerum adiaphora„rum proponuntur quæ licet alius ilis color „inducatur, revera Dei verbo adversantur, „ea nequaquam pro rebus adiaphoris haben„da, sed tanquam verbo Dei prohibita, vi„tanda sunt. Et sanè inter res adiaphoras „non numerandæ sunt tales ceremoniæ quæ

„ſpeciem quandam pr; ſe ferunt, aut qui-
„bus ſimulatur, quaſi noſtra religio a Ponti-
„ficiâ non multum diſtaret; aut certè quaſi
„ab eâ non admodùm animus noſter abhor-
„reret, aut cum ejuſmodi ceremonię in eum
„finem reſtaurantur, & earum reſtauratio
„ita accipitur, quaſi hoc ipſo duę illę diſſen-
„tientes religiones jam in unam redactæ eſ-
„ſent, atque in unum corpus coaluiſſent,
„aut cum periculum eſt, ne videamur rur-
„ſus ad papatum acceſſiſſe, & a ſincerâ E-
„vangelii doctrinâ, receſſiſſe, vel receſſuri
„paulatim. Huo adjicio. 1. ſuperpelli-
ceum apud nos imponitur non ſine opinio-
ne neceſſitatis, cum enim caſu quodam de-
perderetur hoc indumentum, decrevit Or-
dinarius ne in templo per duo Sabbatha cele-
brarentur Sacra, & hodiè urgetur hęc cere-
monia etſi hâc ratione Eccleſię vel prorſus
viduentur paſtoribus, vel repleantur paſto-
ribus nihili, *quorum brevi brachium areſcet, & oculus dexter omnino caligabit.* 2. Uſu hu-
juſce veſtis ingeneratur in animis utentium
ſuperſtitioſa opinio; erat non ita pridem a-
pud *Trinobantes* Doctor non incelebris, qui
aſſeruit *illicitum eſſe, ſuperpelliceum lacerum pauperibus largiri*, & ſuaſit parœcianis ut id
in *cineres redactum in urnâ reponerent*, & ſub
altari ſepelirent: quæ cum ita ſint applicen-
tur huc illa quæ in libro *Lvturgico* extant, *cur ceremoniæ quædam aboleantur quædam re-*

tine-

ineantur, & non erit cur ulterius hâc de re disputemus.

Pergamus: In libro liturgico post recitatam orationem Dominicam adduntur perbreves quædam precatiunculæ, ad quarum finem præcipitur, ut omnibus erectis repetatur partim a presbytero partim a plebe Doxologia *Gloria Patri &c. Sicut erat in principio &c.* eademet repetenda est ad finem *invitatorii* quod vocant (i. e.) psal. 95. nec non ad finem *cujuslibet psalmi per totum annum, ut* & Canticorū *Benedictus, Benedicite, Magnificat & nunc Dimittis*. Nunquid & hoc in usu Ecclesiis aliis reformatis? Imo inquit Durellus pag. 41. *Ecclesiæ Poloniæ & Lithuaniæ*, nec non *Hungaricæ, & Transilvaniæ habent suos hymnos, quorum vel plerique vel saltem aliqui clauduntur hâc, Doxologiâ*. Benè haberet, nec gravarentur opinor Presbyteriani si idem & in nostris Ecclesiis obtineret mos: at nescimus quid sibi velit quod repetenda sit hæc Doxologia ad finem precum quarundam, & Psalmorum istorum in quibus nihil omnino est δοξαστικὸν.

E missali Romano quod evulgavit *Pius* 5.tus & recensuit *Clemens* 8.vus discimus, *in missis pro defunctis non cantari vel Gloria patri, vel Halleluiah*: quid ita? *quia istis significatur lætitia, at missa pro defunctis, revocat nobis in memoriam tristitiam quâ egredimur & ingredimur in undum mortales*: hæc ratio si quid valeat, incongruum profectò (nè

quid

quid durius dicam) erit hanc Doxologiam decantare, & recitare ad finem Psalmorum istorum qui e lamentationibus toti constant. 2.o non videmus qui Doxologia hæc Octies vel decies recitari possit in eodem Officio sine insigni violatione præcepti de vitandâ Battologiâ Math. 6. 6. 7. 8.

3. Non probamus illam assurgēdi quoties hæc Doxologia recitatur consuetudinem, neque enim vel in scripturâ vel in puriori ætiquitate fundamentum habet, formula hæc sacro sanctam Trinitatem laudandi, vel Hieronymi est, vel Hieronymo fortassean aliquāto antiquior, at ut omnes consurgant quoties hæc formula usurpatur, mera innovatio est a *Concilio Gallicano* Senonensi anno 1528. primum instituta, & eum in finem instituta, ut sacerdos & populus caput cruci commodius inclinarent. 4.o non videmus cur alternatim & per modum Antiphonæ pronuncianda aut cantanda sit hæc Doxologia. Antiquitus non ita consuevit fieri, de Leontio enim Athanasii συγγενεῖ legimus *quod totam Glorificationem tacitus secum recitavit, adeo ut qui cum eo erant solum hanc particulam in sæcula sæculorum audirent*. Theod. Eccles. Hist. lib. 2. cap. 24. At hoc fieri non potuit, siquidem tunc temporis in recitatione hujusce Doxologiæ æquales fuissent Episcopi & plebis partes.

Denique explicet nobis si possit Durellus quare Episcopi nostri, qui tam efficacitim

tim ardent hanc Doxologiam dictam *Gloria patri*, ut ad finem omnis Psalmi eam adhiberi jubeant, de Doxologiâ tamen Dominicâ quæ extat Math. 6. 13. adeò non sint soliciti ut recitetur illa necne nihil omnino curent, imò in grandi certamine scribere non verentur, *illa verba in Lucæ Evangelio non occurrere, neque in antiquis Exemplaribus Mathæi, & proinde dubitari posse an sint pars Evangelii pa.* 84.

Præcipitur etiam vel saltem expectatur ut consurgant omnes dum recitantur *Evangelia* quæ vocant. Quâ quæso ratione? Papæ mancipia solent recurrere ad *Clementis constitutiones Apostolicas* in quibus hâc de re extat mandatum: at nemo est opinor inter reformatos qui spurias istas constitutiones non fastidiat, quæ tamen si recipiantur Hierarchicos nostros nihil juvant: *Evangelium* enim in istâ constitutione significat 2. dam lectionem sive quodvis caput ex Evangelistis desumptum, neque laici nostri quod ibi præcipitur *cum magno silentio sed cum magno strepitu* assurgunt, clamantes *Gloria sit tibi Domine.* Idem dici potest de decreto Anastatii anno 404. *Evangelia significant omnia Domini servatoris nostri verba, non ea quæ in liturgiâ Anglicanâ Epistolis contradistinguuntur.* Imo (quod utinam attenderent Ceremonialistæ) in decreto illo non dissimulat Papa *quosdam sacerdotes tunc temporis audivisse servatoris verba non stantes sed sedentes, & narrâsse ex Majorum traditione*

Jesse hoc accepisse. Si Durellus sit Episcopis nostris e secretis ostendat quare Epistolæ ante Evangelia legantur, quare cum Epistolæ ab antiquis sæpius dicantur Evangelia, & ab eodem Spiritu dictatæ fuerint, minori cum reverentiâ aut attentione legendæ & audiendæ sint quam Evangelia. Quia genuflectio ad nomen Iesu præcipue urgetur inter legenda Evangelia, non abs re erit de istâ ceremoniâ hic loci aliquid admonere: non præcipitur ea in libro Liturgico, sed in constitutionibus & canonibus commendatur, & in visitationibus vulgò inquiritur *observetur nec ne?* Presbyterianis iste ritus displicet vehementèr, nam.

1.o Omni authoritate Sacræ Scripturæ de-
„stituitur, scio vulgò adduci Phil. 2. 10. At
„plusquam ridiculi sunt Sorbonici sophistæ,
„qui ex præsenti hoc loco colligunt genuflec-
„tendum esse quoties nomen Iesu pronun-
„ciatur, quasi vox esset magica quæ totam in
„sono vim haberet inclusam: atqui de honore
„loquitur Paulus qui filio Dei, non syllabis
„exhibendus est ait Calvinus, & celeberrimus
„Wittakerus in præf. ad resp. ad Sanderi de-
monst. de Antichristo. inter ridiculas Papistarum cõsequentias hanc annumerare non
„veritus est. Christo nomen datum est supra
„omne nomen, ut in nomine Iesu omne ge-
„nu flectatur, ergo quoties Iesu nomen audi-
„tur, capita nudanda & genua flectenda sunt
Christo.

At

At omnes antiqui (uno Origine excepto) textum hunc literaliter exponunt.

R. Nihil familiarius Hierarchicis quam consensum totius antiquitatis crepare, at ego nullas infamiæ notas recuso, si vel unus e Patribus unquam locum illum exposuerit de honore ullo vel exhibito, vel exhibendo ad dulcissimum illud nomen Iesu; agnoscit hoc vir in Patribus versatissimus Johannes Lloyd in tract. de *Episcopatu, Liturgiis, ceremoniis* pa. 45. Agnoscit Vasquez in pa. 3. qu. 25. disp. 111. c. 11. Ex hoc loco non posse concludi honorem illum exhibendum esse verbo Iesus. Quia tamen placuit Iohanni Ellisio, infami Apostatæ, in *retractationibus suis* p. 197 Sanctum Hieronymum laudare, & ex ejus testimonio concludere *eos qui ad recitationem hujusce nominis non genuflectunt, reos esse vel infidelitatis Iudaicæ vel mentis superbiæ*, Hieronymi locum integrum transcribere non pigebit, sic igitur ille ad Isaiæ cap. 45. v. 23. Hoc jurat quod *idolis relictis omne genu ei flectat, cælestium, terrestrium, & inferiorum; & omnis per eum juret lingua mortalium, in quo perspicuè significatur populus Christianus, moris enim est Ecclesiastici Christo genuflectere, quod Iudæi mentis superbiam demonstrantes, omnino non faciunt. Sed & omnis lingua cunctarum gentium barbararum, non in Synagogis, sed in Dei Ecclesiis confitetur.* Profectò nisi pœnitenti huic spes dolosi affulsisset nummi, puduisset

eum ex hoc testimonio genuflectionem ad recitationem nominis Iesu colligere, nam per totum testimonium nomen Iesu nunquam occurrit, dicit Pater moris esse Ecclesiastici Christo genuflectere, non dicit moris esse Ecclesiastici ad nomen Iesu genuflectere.

2. Hic ritus Ecclesiis transmarinis (reformatas intelligo) non est in usu, de Ecclesiis Belgicis & Gallicanis notior res est quam ut testimonio indigeat, de Bohemis audiatur Iohannes Lasitius cap. 13. lec. 3. ad *mentionem nominis Iesu animos non genua flectunt, corda sua non capita aperiunt, ne crebro corporis motu tam docentis quam discentium animi perturbentur, ne Iesus, ut vulgò fit, tantum ad solam ipsius nominis vocem coli videatur.*

Objicit Durellus pag. 34. in *Ecclesiis Lithuaniæ & Poloniæ moris esse ut qui induerunt capita inter concionandum, cuuant quotiescunque nominatur Iesus: Fœminæ verò siquidem sedentes audiant illud nomen, inclinant caput, sinstantes, totum incurvant corpus, idem fit in Ecclesiâ reformatâ Bremensi, nec non a quibusdam idem fiebat in Palatinatu.*

Fit hoc, sed a quibus? non credo a pastoribus aut superintendentibus nec eorum suasu, sed ab imperitâ plebe, quæ solet ad omnem sternutationem caput aperire. Interim fatetur incautus Durellus non insolens esse concionem audire capite induto, rectè Ioh. Brentius

Luthe-

nus non incelebris in Epist. Pauli ad Phil. *Quod autem Paulus ait, ut in nomine Iesu omne genu flectat &c. non sic intelligendum est quod necessarium sit, ut prolato hoc nomine, homines semper externa genua flectere debant, hæc est puerilis cæremonia, & propter pueros usurpanda aliquoties.*

Addam & illud dubium esse an in Canonibus nostris locum habeat, non desunt enim qui asserunt *illa omnia, quæ legimus de honore exhibendo ad recitatum nomen Iesu malis artibus inserta fuisse in Canones* 1603. *Majori parte Theologorum nec consentiente nec approbante, & in ultimâ editione Biblii Anglicani cum interpretes posuissent* in the name, *fraude Episcopi Andrewis deletam esse istam Phrasin & in ejus loco substitutam* At the name:

3, *Hæc genuflexio non potest fieri sine superstitione vel saltem non sine aliquâ ejus specie:* cum enim genuflexio illa adhibeatur in cultu publico, necessum est ut fiat, vel ad orandum, vel ad adorandum: si fiat ad orandum tum Hypocritæ sunt quotquot recitato illo nomine non orant orationem vel formatam vel ejaculatoriam, si fiat ad adorandum, quæro an adoratio ista sit civilis an religiosa? civilem nemo dixerit, cui sanum sinciput, religiosam qui dicunt objectum ejus faciunt, vel personam significatam per nomen, vel nomen significans personam, vel utrumque simul, quodcunque

cunque membrum eligatur sequetur, vel superstitio, vel ejus apparentia talis a quà abstinere jubemur. Argumentum hoc fusè prosequitur eruditissimus Voetius selec. disp. par. 3. pag. 161. 162. *Hujus nominis, Iesus, quando in Concionibus fit mentio, Lutherani capita detegunt, & genua deflectunt, aliosque idem non facientes exagitant superstitiosa est hæc* κακοζηλία *ex solo orta nomine Hebraico, ait*, Wendelinus Christ. Theolo. pag. 649. Duo adiicio. 1.o accidit aliquando occasione auditi nominis sive Iesu, sive Mediatoris, sive Servatoris, corda fidelium ita affici ut non possint in aliquem gestum non erumpere, hujusmodi motus adeo non damnamus, ut, absit modo ostentatio pharisaica, foveamus. 2. Quamvis nolumus nomini Iesu majorem quam aliis nominibus reverentiam exhibere, detestamur tamen impietatem quorundam, ne dicam plurimorum Hierarchicorum vulgarium, qui crebrò hoc nomine abutuntur ad exprimendum vel risum, vel iram, vel admirationem.

Quod ad *Letaniam* non diffitemur eam continere petitiones multas sanctas & necessarias, at cum incumbat ministris Evangelii ut in precando præeant fidelibus & auditoribus ut mente devotâ atten-

tendant, ac præeuntes Miniſtros cogitatione ſequantur, in Letaniâ contra fit, vel enim populus eadem pronunciat quæ prius a presbytero pronunciata ſunt, vel presbytero ſuggerente ſolam materiam precandi, populus ipſam precationem offert. Quæ conſuetudo, quam ſit abſurda videatur Voet: Eccleſ. Polit. pag. 482. 483.

Accedamus, ad Sacramenta, ordinata quidem a Chriſto, ad fideles uniendos ſed a Lyturgicis noſtris ritibus additititiis in tantum fædata, ut ea, ſalvâ conſcientiâ, adminiſtrare nequeamus.

Ante omnia præmitto ἀμφίβολον illud, Doctorem Laud cum Archiepiſcopus eſſet Cantuarienſis, id ſummo ſtudio egiſſe, ut mos venerandi menſam aut altare verſus, in Eccleſiam Anglicanam introduceretur, eum in finem menſæ mutantur in altaria, vel ſaltem ita collocantur in templis, ut certum, & ſtabilem locum ſemper obtinerent, & quidem ſupremum ad parietem a meridie verſus ſeptentrionem ſepto quodam diſtinctum. Nihil hac in re tentatum eſſe, quod non in aliis Eccleſiis reformatis fiat probare ſatagit Durellus pag. 30. & pag. 31. profitetur ſe nullos cognoviſſe exceptis novis Scotico-Anglicano-presbyteris, qui vel queſtionem unquam moveunt de *ubi*, aut *ſitu* menſæ Euclariſticæ.

at

at norũt infimi ſubſellii Theologi Drm. Heylin, & Drm. Williams epiſcopum Lincolnienſem (quorum neuter profecto erat Presbyterianus) diſputaſſe vehementer de ſitu menſæ. Presbyteriani eâ de re controverſiam non movent: Figuram enim & ſitum menſæ inter adiaphora collocant, nec quicquam aliud requirunt, niſi ut omnes communicantes ad eam commode accedere poſſint: menſas tamen altariformes, ad orientem in choro poſitas, & clathrorum ſepto ſecluſas, cum eccleſiæ nec antiquæ, nec Anglicanæ ſub Elizabethâ reformatæ praxi convenire pertendunt, quare ergo in Pocklintonum, alioſque altarium propugnatores tam acriter invehebantur? non quia vel nomen vel formam altarium ſimpliciter damnabant, ſed quia metuendum erat, ne ſi a menſarum vulgarium uſu recederetur, ad idololatricam papiſtarum miſſam relaberemur: nec vanus erat metus: eò enim deventum eſt, ut ejicerentur ex Academiâ *qui ad altare non ſeſe incurvarent*, ut pro concione dicere non verecundarentur quidam Papaturientes Sacellani, *dari in Euchariſtiâ ſacerdotes proprie dictos, ſacrificia, & altaria propriè dicta.*

At, vanus eſt omnis hac de re timor poſtquam in librum Lyturgicum inſerta eſt Rubrica Edv. 6ti. contra tranſubſtantiationem.

Ref. Rubrica illa non inſerta eſt a convocatione

catione, sed a Rege, nobilissimisque illis viris qui Regi erant a secretioribus consiliis, convocatio ea novo libro Lytutgico illevit quæ papisticam superstitionem redolent. *Præscribitur enim ut panis per aliquod tempus supra mensam ponatur, & reverenter tegatur*, item ut si *quid panis consecrati superfit non domum deferatur* (quod olim fieri consuevit) *sed a Presbytero, & aliis quos ille advocaverit, reverenter in ipso templo edatur*. Si reverenter nihil aliud significaret quam non irreverenter, haud gravaremur assentiri, at cum majus quiddam sonare videatur, suspicamur sub hâc herbâ latere anguem pontificium: Scholastici Papani in eâ sunt opinione, *res sacra per consecrationem conferri quandam virtutem spiritualem, & sanctitatem relativam, quæ indelebilis est ut tolli non possit*, nisi hanc scabiem infulatis nostris affricuissent, numquam præcepissent, ut quod reliquum est elementorum in ipso templo, & quidem reverenter consumeretur. At ego cum ex ephebis vix excesseram didici ex Keckermani Logica cap: de relatione, *statim ac panis in usu sacramentali a communicantibus fidelibus amplius non usurpatur cessare sacramentalem relationem*, nec *quicquam amplius differre a communi alio pane quovis, quam quod sacer fuerit olim, nunc non sit amplius*: *sicut exconsul non differt a cive privato, nisi quod consul quondam fuerit*: *itaque superstitiosa mutuunt, qui*

tam

tam sollicite cavent, ne panis & vinum post usum cænæ Dominicæ reliquum ullum maneat, quin ipsi potius certatim absumunt, ne quid supersit. Est & aliud unde æstimari possit quãto ardeant zelo adversus Papatum Domini Convocationis nostræ: quidam ex iis librum emisit sub titulo *Ponderum* & *Mensurarum* in quo Διαρρήδην affirmatur *Ecclesiam Pontificiam non esse Idololatricam, imo Schismaticos esse eos, qui ab eâ tanquam ab Ecclesiâ Idololatriâ secedunt*, Potuitne quicquam jurato Antichristi servo excidere audacius? & tamen scriptorculus ille adeo non suspenditur, ut summis in Ecclesiâ nostrâ fulgeat honoribus.

Taceo librum dictum *Parallelum inter Phanaticos novos* & *veteres*, in quo author Anonymus nominatim perstringit *Tyndallum, Latimerum* aliosque præstantissimos Christi Confessores, & Martyres: nec veritus est *Heylinius* in Historiâ suâ de reformatâ Ecclesiâ Anglicanâ in Sacrosanctos Eduardi 6. manes debacchari, ait enim pag. 141. par. 1. â *eum mala principia imbibisse, & regimen ejus fuisse infortunatum*, & in præfatione ad Lectorem profitetur *mortem immaturam istiusce Principis inter infælicitates Ecclesiæ Anglicanæ non esse numerandam.*

Sed ad Durellum meum redeo, ille pag. 32. refert in *Ecclesiis Gallicanis majoribus dari*

ingen-

ingentes argenteos calices, argenteasque patinas ad celebrandam eucharistiam, & in sacellis principum Germanorum deaurari ista utensilia: At nihil erat cur nos hoc commonefaceret, neque enim aurei calices, sed lignei sacerdotes nobis offendiculo sunt; in omnibus fere paræciis nostris, calicibus argenteis usi sumus, at si vel ligneos, vel stanneos, vel vitreos, (qualibus utuntur Belgæ in ecclesiis minime pauperculis) adhibuissemus, nemini bono eam ob causam cultus divinus eviluisset; modo enim absit sordes nihil pensi habent οἱ πνευματικοί quam longe recedant a pompâ & typho seculari. Levioribus hisce nimium diu immoratus sum: quæ de communicantibus statuuntur in libro Lyturgico, maximam nobis difficultatem creant.

Imprimis non permittitur ut distribuamus elementa nisi genuflectentibus, at non audemus ob omissam genuflexionem viros pios communione corporis & sanguinis Christi privare; licet enim non faciamus cum iis qui genuflexionem in sacramento recipiendo tanquam Idololatricam damnant, credimus tamen ritum illum neutiquam necessarium esse, imo licitum ejus non ita liquido constare, ut non possint veritatis sincere studiosi eâ de re dubitare. Scoti multis argumentis contendunt genuflexionem Ido-

Idolatriam sapere, non sunt ista argumenta insolubilia, at non omnes Christiani eo pollent acumine ut iis sint respondendo, nec omnes sunt adeo perspicaces, ut videant, an liceat eum ritum, quo homines egregiè abusi sunt ad idolatriam, in divinis adhibere, nisi ad eum per jus divinum vel naturale vel positivum obligarentur, multo minus possunt omnes intelligere, an liceat eo ritu uti qui convivantibus vix convenit, & quo Romanenses in suâ Idololatriâ confirmantur. vire etiam bono aqua potest hærere, an liceat alio gestu uti ab eo quo usus est Christus; scio hoc argumentum onerari sarcasmis a doctissimo Sanderſono, sed os el obturavit Reverendus Voet. polit. eccles. pag, 820. &c. Cum ergo multi talibus rationibus freti, certo sibi persuadeant, genuflexionem non posse honestari, & petant ut iis vel sedentibus vel stantibus tradantur Symbola, quæritur, an pastores polliceri debeant se talibus Symbola nunquam traditores? Hic verus controversiæ status est, quem Durellus ne attingit quidem, contentus pag. 46. 47. adducere *exemplum ecclesiæ Bohemicæ, in quâ sacram cænam sumentes procumbunt in genua*; testatur equidem hoc de Bohemis Amos Comenius pag 49. Sed addit hoc ab iis fieri, quia per temporum conditionem aliter hactenus non licuit; *majores quippe Bohemorum anno 1494. stando communionem introduxêrunt*, sed *excitatâ*

ntâ ob id atrociori persecutione desistere coacti sunt. Profit Durello cum hâc suâ authorita-
te : appellat etiam consensum Poloniæ.
ibid. at ego totum illum consensum per-
legi, nec quicquam in eo reperio, quod ad
præsulum nostrorum salivam faciat. *Hortan-
tur patres, omnes cœtus, & fratres in Domino
ut sessionem commutent in ceremonias in ecclesiis
Evangelicis per Europam consuetas : quia
nempe Arriano-Baptistæ sessione abusi sunt ad
veritatem suam cum Christo statuminandam,*
ut expresse dicunt *sessionem cum cæteris ceremo-
niis liberam esse.* Ego etiam adductus autho-
ritate hujusce Synodi Wolodislavienſis *obte-
stor, præsules nostros ut velint genuflexionem in
sessionem, vel stationem commutare quia irrepsit
in Ecclesiam nostram occasione, & male auspicio
illorum qui miserrime ex Ecclesiâ Catholicâ ex-
ierunt & frustulum panis adorarunt.* Et hoc
ipsum factum esse video a Synodo nationali
Belgicâ anno 1578. artic. 69. „Quando qui-
„dem adiaphorum censemus in usu sacræ
„cœnæ stare, aut sedere (genuflexionem
„excipimus ob superstitionem & periculum
„adorationis panis,) utentur Ecclesiæ eo mo-
„do qui cuique videbitur convenientissimus :
saltem hoc exorandi sunt episcopi, archi-
episcopique ne uniformitatem ita misere
pereant ut anathematis fulmine eos feriant
qui in hoc gestu ab iis dissentiunt, aut

di-

diversi abeunt. Hoc eo audacius peto, quia in consensu Poloniæ, petricoviensi Synodo generali video ceremonias in administratione cænæ Dominicæ liberas relinqui, ob hanc rationem „ quia vulgus, & homines simpliciores mutatione rituum offenderentur, & ad ceremonias suæ consuetudini dissimiles omnino adduci non possent, ac si cogerentur eo forsan res deveniret, ut disciplina Ecclesiastica in eos extendenda esset quâ quidem (N B.) propter externos ritus homines pios ferire, neque Domini est voluntas, neque purioris Ecclesiæ mos. Potuitne rigidissimus Puritanus quicquam scribere, quod præsulum Anglicanorum ἀπιτομίαν magis sugillaret? esset tamen hic eorum rigor aliquanto excusatior, nisi in admittendis ignaris & manifesto impiis nimium faciles sese præberent. Omnis baptizatus qui annum attigit decimum sextum, & ab episcopo confirmatus fuerit, ad sacram cænam admittendus, imo cogendus est, at quis non mallet amputari sibi dextram, quam Symbola porrigere omnibus sexdecem annos natis, & ab episcopo confirmatis? etsi enim confirmatio quæ in antiquâ Ecclesiâ obtinuit utilis ad modum fuerit, apud nos tamen otiosa ceremonia est, cujus capaces sunt omnes qui responsiones in vulgari Catechismo memoriter

riter repetere possunt; at repeti eæ possunt, & repetuntur sæpiuscule ab iis qui mysteria fidei non magis intelligunt, quam psittacus intelligit suum χαῖρε, nec solet episcopus inquirere, an qui sese confirmandos sistunt, sint repetendo responsiones catecheticas, omnibus qui in genua procumbunt imponit manus, & benedicit promiscue, aliquando in privatis ædibus, ut plurimum in Templis, quæ per multa milliaria distant ab Ecclesiâ cujus confirmandus est membrum. *Hoccine est in conspectu Ecclesiæ confirmare ea quæ a susceptoribus. Baptizati nomine promissa sunt? hoccine est ad exemplum Sanctorum Apostolorum manus imponere? hoccine est experiri an quis possit sese examinare? & ad mensam Domini digne sese præparare?* Omnis confirmatus ex lege Anglicanâ capax est cænæ Dominicæ & tamen nihil a confirmando exigitur quod puer triennalis nequeat præstare; quid quod omnibus *neogamis*, & *muleribus purificatis* modo accedant, & vel verbis, vel manu petant, cæna absque delectu distribuenda est, & tamen conjugio copulantur non infrequenter personæ flagitiosissimæ, & prostituuntur infames meretriculæ.

Dices in Rubricâ & in Canonibus præcipi ne pastor quenquam admittat ad sacram Synaxin publicè & notorie impium.

Et præcipitur quidem, sed quænam notoretas suf-

sufficit, ut pastor impune quenquam a Sacramento suspendat, non *præsumptionis*, *nec facti*, sed *juris*, per *Confessionem factam*, vel *per sententiam judicis* ita exponit Lancelotus Andrews, in notis super Lyturgiam, nec sanè nos ii sumus qui ullum ab eucharistiâ prohiberi volumus, nisi vel sponte confessum, vel in aliquo judicio Ecclesiastico nominatum atque convictum, at tum Gardiani perpauci soleant, vel profligatissimos præsentare, eaque sit curiarum nostrarum ratio, ut præsentati potius Cancellario & Registrario satisfaciât per feodorum solutionem, quam Ecclesiæ per publicam peccatorum Confessionem, necessario presbyter, vel prostituet corpus Christi, vel segregabit eos a sacrâ communione contra quos curia sententiam excommunicationis non tulit. Porro in visitatione ægroti nihil ferè judicio pastoris relinquitur, si profiteatur se serio resipiscere, absolvendus est, & si adsint vicini, aut cognati sufficiente numero sacrâ cœnâ beandus est imo si morbo pestilētiali laboret æger tum tenetur minister solus cum eo communicare, at profecto non absolvendus est quisquis profitetur se resipiscere nulli enim ad resipiscentiam profitendam paratiores, quam ii quos ne unius quidem delicti serio unquam pœnituit. Dici non potest quot in iniquitiâ suâ indurverint, ex eo quod videant

eucha-

eucharistiam omnibus morituris administrari, non alligamus Synaxin publico templo, requirimus tamen ut ægrotanti alii sese adjungant, ne planè privata & solitaria sit administratio.

Dei enim (ait bene Tilenus orthodoxus par. 3. disp. 60. Thes. 17.) *ordinatio nobis summa lex, suprema necessitas, cui potius parendum, quam populari ignorantiæ, & infirmitati indulgendum,* quin & illud observamus morti vicinos rarius petere eucharistiam, nisi imbiberint pontificiorum errorem de alligatâ signis salute, at error per rectam institutionem ex animo morientis profligandus, non per cænæ administrationem fovendus est. Valde, vel imperitum vel superstitiosum esse oportet cujus conscientia annunciatione promissionum non possit pacari, nisi Symbola solus cum solo ministro perceperit. Acutissimè Amyraldus parte 3a. thes. Salm. pag. 52. „Quantum id quidem fieri potest, Baptismus „administrandus est in cætu Ecclesiæ, quando „enim per eũ in Ecclesiam introducimur, ni„hil convenientius est, quam ut illa membrũ „agnoscat, quod in se admittit. Item, quia „Baptismus est communis tessera Christia„nismi, magnopere consentaneum est, ut tri„buatur iis præsẽtibus, qui a reliquis homini„bus eâdem tesserâ discriminati. Adde quod „non decet quemquam Baptizari, nisi cum „precibus; preces autem illas par est a multis

„unâ fundi, quo neophytus potentius conse-
„cretur Deo, Deique ipsius adversus eum be-
„nevolentia efficacius concilietur, uno ver-
„bo, baptismo in nobis obsignatur adoptio
„nostra, quid ergo ejus administrationem
„magis decet quam, ut fiat in ipsâ Dei fa-
„miliâ in conspectu fratrum quibuscum o-
„lim cælestem hæreditatem partiri, & obti-
„nere debemus. Attamen id si locus, &
„tempora, & aliæ istiusmodi circumstantiæ
„prohibeant, administrari potest extra cæ-
„tum ecclesiæ, quia declarat eum cui tribui-
„tur, nasci quidem ad societatem colen-
„dam, eam verò reapse tum & actu colere,
„neutiquam. At in cæna res aliter se habet.
„Haud enim ritè celebratur, nisi a multitu-
„dine aliquâ in formam Ecclesiæ consocia-
„tâ, quia Symbolum est, non proclivita-
„tis ad communionem, sed communionis
„actu exercitæ, & celebratæ. Ideoque a ve
„teribus appellata est, σύναξις & Collecta, &
„aliis istiusmodi nominibus conventum
„multorum in societatem, & communio-
„nem designantibus. Suffragatur reveren-
dissimus Voetius Polit. eccles. p. 459. Et ra-
tiones Eckhardi quibus Lutheranos privatam
cænam moribundis conferentes defendit,
refutat. Frustra opponunt Hierarchici veteris
Ecclesiæ consuetudinem in illa enim mos e-
rat panem benedictum Domum deferre,
cum-

eumque aſſervare, ut quacunque urgente occaſione, quiſque ſive vir ſive fœmina ſibi aut aliis in Sacramentum Euchariſtiæ inde porrigere poſſet, idem fieri ajunt hodie a Græcis & Moſcovitis qui longo tempore induratum conſecratum panem militibus & iter facientibus in viam dant, ut modo domi confeſſionem ediderint, eo, quando libuerit, uti poſſint, hi autem cuſtodiunt eum ut plurimum donec morbo aliquo corripiantur, ut ſi fortè non convaleſcant, tamen viatico vitæ æternæ inſtructi ſint; tam abſurdæ conſuetudini ne & apud nos aditus aperiatur, neque ingeneretur in vulgo opinio operis operati, & præpoſtera fiducia ſalutis per ſigna Sacramentalia conſequendæ, optandum foret, ut Euchariſtiæ ſolitariæ penitus ab eccleſiis noſtris exulent.

In adminiſtratione Baptiſmi gravius erratur, namque.

1. Subjectum Baptiſmi nimium videtur ampliari. *Omnium fidelium & fœderatorum infantes baptizandos eſſe*, conſtans fuit Presbyterianorum opinio, quo nomine dici non poteſt quanta ab Anabaptiſtis paſſi fuerint, non tamen omnes quorumcunque infantes ad baptiſmum admittere iis integrum eſt, & ſane concipi non poteſt, quâ ratione illi qui ipſi indigni ſunt Eccleſiæ communione, poſſint aliis in eam

aditum patefacere, vix est ut in contemptum non abeat Sacramentum Baptismi, si illud impertiamur infantibus *erronum*, *mechorum* &c. nullâ præcunte penitentiâ, aut reconciliatione parentum cum Ecclesiâ. In urbe non incelebri regni Anglicani paucis abhinc annis fatua quædam impregnata est, patrem ubi peperisset assignavit nullum, vel saltem cum qui pro suo infantem suscipere noluit, qui Lyturgiæ assentitur promittit se talem infantem modo ei offeratur, baptizaturum, at quî ex fide facere hoc possit, fateor me non videre. Videantur quæ conscripserunt *Zanchius*, *Boquinus*, *Tremelius* inter. Epist. Zanchii lib. 1. Item *Epistola Farelli ad Calvinum*, & *Calvini ad Farellum* nec non *Bezæ* ad *Neocomienses*, de *excommunicatorũ infantibus*. Dices excommunicatorum liberos apud nos non Baptizari. Recte, non Baptizantur liberi, *excommunicatorum* de *facto*, sed de *jure excommunicatorum* sæpissimè, & quidem antequam parentes reconcilientur cum ecclesiâ, vel moneantur coram cœtu ad agendũ pœnitentiam.

2. Nec culpâ vacat quod Lyturgici *patrimis* & *matrimis* contenti, præsentiam *parentis* in Baptismo infantis non requirant, ex parentis enim fide & professione colligimus infantem sacro fœdere comprehendi, & fœderali signo obsignandum esse: non negant Presbyteriani susceptorum usum antiquum esse, non negãt in aliquibus Ecclesiis bene reformatis retineri. At: 1. Pe-

1, Petunt, ut saltem unus parentum administrationi interfit, & infantulum offerat, & fidem det de eodem educando in verâ pietate; ut paternitas spuria, germanam officio suo submoveat nullo modo æquum est.

2. Nolunt ut istud sponsorum officium pro ludo jocoque habeatur. Pro ludo autem jocoque habebitur dubio procul nisi (quod in Ecclesiis fratrum Bohemorum fieri author est Comenius) jus pararii conferant *prolis suæ in fide & religione Christianâ totoque fœderis cum Deo initi negotio, instituendæ, adeoque sui quoque si negligentiores in officio liberos instituendi deprehensi fuerint, admonendi & monendi, vicissim pararii, illis promptitudinem ad eam rem polliceantur, & facturos se circa Baptizandum (præsertim si parentes decedere contingat) gnaviter officium sese obligent*, hoc cum non fiat apud nos, lustrati parentes magis ad fastum & inanem usum faciunt, quam dignitatem & splendorem rei sacræ.

3. Si quidem susceptores assumendi sunt (quia an assumantur nec ne indifferens arbitratur Synodus Emdana 1571.) hoc saltem judicant nullos admittendos esse ad officium illud nisi in religione probe instructos, & vita inculpatos. Quid enim absurdius quam ut Ecclesia ejus sponsionem acceptilet, qui conversatione inhonestâ nomen illud in quo Baptizantur omnes quotidie coinquinat, at hac de re nihil solliciti sunt episcopi nostri

modo parens ἀναδύχυς adducat albi sint, an atri nihil suâ intereſſe arbitrantur, hinc coguntur paſtores (niſi officio ſuo cedere velint) eos quos extremè impios eſſe norunt admittere ad ἀναδόχων dignitatem. Horret ſanè animus meminiſſe, quoties apud nos ab iis exigitur *abrenunciatio diaboli*, quos *Satanæ tradi* oportuit, *ut diſcerent non blasphemare.*

3. Signum crucis in illicitorum claſſe collocamus, at antiquiſſimameſſe hanc ceremoniam clamitant, cum fratribus Lutheranis Hierarchici, verum nos ad hoc Gorgonis caput a longo tempore didicimus non obſtupeſcere: Non eſt (ait Cyprianus) attendendum „quid aliquis ante nos faciendum putaverit, „ſed quid qui ante omnes eſt, Chriſtus fecerit „& faciendum putaverit. Cui ſuccinit illud „Whitakeri adverſus Duræum, mea verò non „intereſt, quid Clemens, quid Leo, quid „quiſquam alius Pontifex ad Sacramentum „Baptiſmi adiecerit. Chriſtus nihil Eccleſiæ „de iſtis ceremoniarum nugis mandavit, nec „in illis crebris quos in ſcripturâ legimus „baptiſmis ulla harum rerum mentio reperi„tur, num verò putemus, recentiorem Ec„cleſiam meliùs perſpectum habuiſſe, qui„bus in baptiſmo ceremoniis uti oportet, „quam Chriſtum ejuſque Apoſtolos.

2. Alii multi ritus in uſû fuêre veteribus, quos cum ipſi Hierarchici omittunt, iniquum eſt ut quam ipſi licentiam arrogant eandem aliis invideant. Deni-

3. Denique cum clarissimo Beza adversus Balduinum Respondemus. Fuerit sanè tempus in quo aliquis fuit istius signaculi adversus persecutores usus. Sit etiam diu ac libenter a Christianis usurpatus pro externâ veræ religionis professione, cum tamen jam pridem desierit istorum miraculorum usus, nec inter eos idololatras versemur, a quibus hoc signo distingui nos oporteat, cum denique eo res devenerit, ut cum ab ἐθελοθρησκείαν discessero, nulla sit sub cælo talis magiæ & idolomaniæ species, qualis est illa crucis signatio & spurcissima adoratio, adeo ut quod uni crucifixo, nunc in cælis regnanti debetur (de nullâ re magis, ut arbitror, sibi plaudente Satanâ) ad aurum, argentum, & lignum publicè sit translatum; tunc a nobis tam horrendæ Sacramenti profanationis omnem memoriâ & occasionem sublatam meritò potes indignari? scio tamen nonnullos sublatâ crucis adoratione, aliquem signi crucis usum retinuisse, utantur igitur ipsi sicut par est, suâ libertate, sed si quas, ipsi habent hujus signi in Ecclesiis suis retinêdi causas, nos certè cur illud nullo modo toleremus & plurimas & necessarias causas habemus. At quid illud est quod in cruce, improbamus? quod ista ei ascribantur quæ nisi rei divinitus institutæ ascribi nequeât. Agnoscit lubès Mortonus ecclesiâ nimiũ sibi arrogare quoties instituit signũ sacramẽtale, at crux apud nos est signũ Sacramen-

mētale quod duplici medio probo, *ſignum per quod infans Deo dedicatur, eſt ſignum ſacramentale: crux eſt ſignum per quod infans Deo dedicatur*, ergo: hoc argumentum, quum adverſus Reverendum Mortonum urgeretur a Pagetto (vid ejuſdem præfat: ad defenſionem Reg. Presby) ita torſit Epiſcopum ut primo negaret per *crucem infantem Deo dedicari*, at cum inſpecto Canone cerneret hoc aliunde affirmari ab Eccleſiâ mirificam excogitavit diſtinctionem, *de dedicatione conſecrationis & proteſtationis*, tandemque *optavit verba illa in Canonem nunquam fuiſſe inſerta*, & tamen non puduit Præſules in ultimâ hâc Liturgiæ editione, nos remittere ad hunc Canonem pro explicatione ſigni crucis.

2. *Signum viſibile internæ ſpiritualis gratiæ eſt ſignum ſacramentale: crucis ſignum eſt ſignum viſibile internæ ſpiritualis gratiæ*, Ergo Maior patet ex definitione ſacramenti quæ ponitur in Catechiſmo vulgari. De minori non dubitabit quisquis reſpexerit ad formulam verborum quæ uſurpanda eſt, quoties frons infantis ſignaculo hoc conſignatur, ea eſt huiuſmodi. Signamus ſigno crucis in teſtimonium, quod ipſum poſthac non pudebit confiteri Chriſtum crucifixum, & ſub ejus vexillo, contra peccatum, mundum, & Satanam viriliter pugnare, fidelemque ejus miniſtrum, & militem ad finem vitæ uſque permanere:

manere: „non dicitur esse *Testimonium*, quod officium nostrum sit Christum confiteri, sed dicitur esse *Signum*, quod confitebimur, & quod perseverabimus confitentes, at mortalium nullus hujusmodi signum potest instituere, nisi ad hujusmodi institutionem faciendam potestas ei desuper concessa fuerit. Nec sane necesse est, ut ullum signum instituatur ad hoc testificandum, per ipsum enim Baptismum consignatur promissio perseverantiæ omnibus in Christum insitis, adeo ut signum crucis non modo *superstitiosum* sit, sed & *superfluum*.

Durellus cum ne unam reformatam Ecclesiam laudare potuerit; in quâ obtinet crux Baptismalis, ne tamen nihil videretur dicere, ait pag. 28. 29. *cruces in turribus templorum non sublatas esse, nisi fortean in populari tumultu, imo quasdam ex optimè reformatis Ecclesiis, templis novè edificatis cruces imposuisse*, instat in eo templo in quo congregant protestantes opidi *Caen*: quo nihil ei excidere potuit vel falsius, vel insulsius Cl. Voetius in Thes. de staurolatriâ sive cultu & abusu crucis pag. 902. &c. exertè probat, *reformatos quantum in se erat, id effecisse ut vel apluſtre* ad ventorum indicium, *vel nihil omninò super templis poneretur*. Provocat ad *Galliam*, *Scotiam*, *Hungariam*, Belgium suum, addit Ministros Belgicos illud sedulò egisse semper apud Magistratum, ut *cruces omnes intra*, *aut extra*

extra templum in cæmeteriis, in loculis, in pannis sepulchralibus &c. tollantur : & sanè constat hoc ex decreto Synodi Suydhollandicæ Anno 1595. Et Synodi Noordhollandiæ Anno 1642. *Adducit denique Voetius præstantissimos Theologos qui cruces in turribus templorum perstringunt*, imo ex teste fide digno refert Calvinum *cum Collegis seriò admodum privatim publicèque pro concione monuisse Genevenses, ut Crux in summitate templi, aut turris relicta auferretur, quod cum non fieret ab illis qui poterant casu quodam non vulgari eam ablatam esse.* Quod ad templum Caen attinet, crederem crucem ei impositam protestantibus nesciis, monendus tamen est Durellus Presbyterianos non penitus damnare usum crucis, imo ipsi in naturalibus & artificalibus juxta cum aliis figuris utuntur. *In Sacris*, & cultu divino ubi adhibetur, vel *ut signum operativum*, vel ut *otiosum adiaphorum* solum refugiunt. Si abesset omnis metus relabendi ad superstitionem, & στυγνολατρείαν de crucibus in templorum turribus non valdè contenderent.

4. Sed & baptismo major ascribitur efficacia quam per veritatem licet, gratiæ enim Deo aguntur, quod *placuerit ei infantem regenerare per Spiritum*, & rotundè asseritur *constare ex Scripturis infantes Baptizatos habere omnia ad salutem necessaria, & si moriantur antequam admiserint peccatum actuale indubiè salvari*,

vari, quis verò ad hanc assertionem non co-
horcescit? inter Lutheranorum errores con-
stanter numerant reformati, quod *gratia re-
generationis alligata sit ceremoniis baptismi, &
omnes aquâ foris tincti regenerentur interna* Spi-
ritus S. *virtute*. Et tamen eo jam deventum
est, ut non possit esse minister Ecclesiæ re-
formatæ Anglicanæ, qui non tam certò per-
suasus est de regeneratione cujuslibet Bapti-
zati, ut eo nomine publicas Deo gratias agere
audeat: legatur *Altingii* Syllabus *controver-
siarum* cum Lutheranis. *Amyraldi Irenicum*,
*Bezæ responsio ad putidas Iacobi Andræi ca-
lumnias*. Ut taceam Baxterum, & Gatake-
rum, qui errorem hunc Lutheranopontifi-
cium strenuè profligârunt. At Iohannes Eli-
ius in se recipit totam illam libri liturgici pe-
riodum tueri, experiamur an quid dignum
tanto hiatu protulerit. Retract. pag. 118.
119.

1mo. Pro concesso sumit *baptismum esse
sigillum fœderis gratiæ*, fruatur illâ hypothesi.

2do. *Supponit omnes credentes* (*filii* utique
cum sint Abrahami,) *hæredes esse promissionis
fœderis gratiæ tam plenè, quam ipse Abraha-
mus* i. e. *pro seipsis & posteritate eorum fideli*.
Ut liberaliter agam, & hoc concedam.

3tiò. *Postulat sibi concedi, professionem ex-
ternam fidei & Baptismi ponere hominem in esse
& statu credentis*: at hoc postulatum nisi
cum grano salis accipiatur planè iniquum

est, externa professio fidei tam justificans quam dogmaticæ modo sit credibilis ponit hominem in esse & statu fidelis in tantum, ut fruatur istis privilegiis in Ecclesiâ, quibus fruuntur verè fideles, non in tantum ut quis coram Deo ob eam solam jus habeat, vel ad promissiones remissionis, vel ad sigilla istarum promissionum.

4.to *Statuit infantem natum in sinu Ecclesiæ & sub professione Evangelii, quamvis proximi parentes, vel sint valdè impii, vel excommunicati, esse membrum Ecclesiæ, & capax baptismi modo curet Ecclesia ut educetur in fide.* Ego hunc Camelum nequeo deglutire, neque intelligere possum quomodo Ecclesia curare possit ut infantes excommunicatorum in fide educentur, quid enim si excommunicati illi a fide planè deficiant, & profitentur se in posterum nullum cum Ecclesiâ habituros esse commercium, possunt ne infantes illis invitis & refragantibus baptizari, & in fide Christianâ educari?

5.to *Ait infantes esse æque capacia subjecta receptionis fœderis gratiæ & Spiritus S. & seminis gratiæ, ac seminis rationis.* De hâc propositione aliqua est apud reformatos lis, ut datis non concessis hisce quinque, quid tum postea? *Jubet nos perpendere illos Sacræ Scripturæ textus de Baptismi efficaciâ*, quos ille in margine suo enumerat, quod si faciamus, tum inquit, *secundum ejus Dialecticum con-*

clusio

cluſio eccleſiæ Anglicanæ benè conſequitur: ſecundum *tuam Dialecticam*, mi homo, quænam illa eſt? e quibus libris hauſta, excerpta, arrepta? citius ex pumice aquam expreſſeris, quam ex locis Scripturæ quos adducis, quicquam elicias, quod concludat omnes infantes baptizatos, vel regenerari, vel ſalvari: audiamus tamen *tuam Dialecticam*, certè, inquis, *qui facit regnum ſuum conſtare magnâ ex parte ex infantibus, qui bonam ergà eos voluntatem declarat & effacit eos capaces iſtius inſtitutionis quæ ſuppeditat recipientibus & nullum obicem ponentibus ejuſdem efficaciæ omnia neceſſaria ad ſalutem, quodnam vitium eſt in Eccleſiæ argumento viz. hoc, baptiſmus ſuppeditat omnia ad ſalutem neceſſaria, ſed infantes baptizantur idque de jure. Ergo ſi in eo ſtatu moriantur, indubiè ſalvantur. Parturiunt montes*, naſcitur *ridiculus mus*, vel *verius monſtrum horrendum, informe, ingens*, hæccine eſt *tua Dialectica*? hoccine Eccleſiæ argumentum? at riſum debuiſſent recentuli Catharinales, ſi tali argumento uſi fuiſſent, in nullo enim modo eſt, in nullâ figurâ, ego tui miſerebor, & efformabo tibi tuum Syllogiſmum: *qui habent omnia neceſſaria, ad ſalutem, ii ſi moriantur indubiè ſalvantur, infantes baptizati habent omnia ad ſalutem neceſſaria, ergo infantes baptizati ſi moriantur indubiè ſalvantur.* Minor ſi ſit Univerſalis poteſt vel negari, vel diſtingui, infantes baptizati habent

bent omnia ad ſalutem neceſſaria *ex parte Eccleſiæ*, non habent omnia ad ſalutem *ſimpliciter neceſſaria*, poſſunt enim non obſtante quod baptizantur, deſtitui ſpiritu regenerationis, & remiſſione peccati originalis, & per conſequens nunquam ingredi regnum cælorum: quod ad loca ſcripturæ, quæ indigitat, non urget, infrunitus hic vitilitigator ſunt ipſiſſima illa, quæ a Lutheranis adverſus reformatos adducuntur, quibus abunde reſponſum eſt ab *Altingio* in *Syllabo Controverſiarum*, *Wendelino* in *Syſtemate Majori*, cum multis aliis.

Poſſem jam Durellum meum miſſum facere, donec ad Muſicam Organicam, & formulam ordinandi, deventum fuerit, ſed ne diem mihi dicat, quod totum telum corpore non receperim, quædam adnotabo, ad ea quæ ex epiſtolis Theologorum illuſtrium tranſcripſit, ſunt autem illa non unius generis, omnia tamen ejuſce indolis, ut ab animis, nec veritati, nec paci Eccleſiaſticæ inimicis, profecta videantur, quædam illud ſolum aſſerunt *miniſtros Anglicanos eſſe veros miniſtros, & fidelem poſſe ab iis non ſine fructu ſacramentum recipere, & admiſſos eos eſſe ab exteris Eccleſiis ad beneficia Eccleſiaſtica*, videantur paginæ 64. 70. 71. 72. 82. 83. 84. 92. 93. 94. ſed heus mi Durelle, quo tendis? & in quos dirigis arcum? non neſcis opinor Presbyterianos inter non-conformitatem & ſeperationem accuraté diſtingue-

ſtinguere, non poſſunt omnibus ſubſcribere quæ ab Eccleſiâ Anglicanâ præſcribuntur, & tamen eam pro verâ Eccleſiâ agnoſcunt, contra *Baroiſtas* non minus calamum ſtringunt, quam ipſi Hierarchici, habet tamen iſte teſtimoniorum catalogus ſuum uſum, exprobrat enim Prelaticis ſuam ingratitudinem, cum enim ipſi admitterentur a reformatis ad exercitium miniſterii, reformati viciſſim ab ipſis erant admittendi, abſque ulla novâ ordinatione, quod cum non faciunt nec facturi ſint, ſignum eſt eos ſchiſma moliri.

2do. *in quibusdam epiſtolis Presbyteriani ſæviſ ſeverâ caſtigantur ferulâ* vid. epiſt. Domini Gayoni & de l'Angle, verum tota illa acerbitas nata eſt ex illiberalibus calumniis Durelli, quæ exſtant p. 144. quis miretur oves Chriſti pelle indutas leoninâ a viris bonis dilacerari?

3. *Quædam literæ ajunt, ceremonias tolerabiles eſſe, & librum Lyturgicum, nihil in ſeſe continere venenatum.* Sed non eſt quod hæ literæ multum moveant, cum 1mo. planum ſit authores earum librum novum liturgicum nunquam vidiſſe, eſt autem iſte priori multò, & auctior, & corruptior, cum etiam. 2do. certum ſit Durellum ſtatum controverſiæ diſſimulaſſe, ait in concione, quæ libro appenditur, *ſignum crucis nullam habere ſibi annexam gratiam inviſibilem*, & Eccleſiam Anglicanam *nullam ei virtutem aſcribere* pag. 29. at hoc falſiſſimum eſſe patuit prius

ſup-

ſupponunt Reverendi Theologi exteri ceremonias noſtras ordinis & decori cauſa ſolum inſtitutas, at evicimus eas doctrinales, myſticas, Symbolicas, & per conſequens partes cultus eſſe : hæc niſi ſufficerent, addere poſſum Reverendum illum concionatorem de cujus Epiſtolâ maximè gloriatur Durellus, conqueſtum fuiſſe *magnam* ſibi *ex publicatione iſtius Epiſtolæ factam eſſe injuriam, & verba ejus vel mutilata vel detorta eſſe.*

Secundum, quod in declaratione promittitur *eſt lectio pſalterii Davidici prout jam punctatur.* Quod tantundem eſt, ac ſi quis promittat, *quamvis in grege meo marem habeam, rem tamen corruptam Deo offeram.* Habemus nos tranſlationem Pſalmorum Davidis ad invidiam aliarum gentium elaboratam, hâc poſthabitâ volunt præſules, omnes obligari ad legendam tranſlationem antiquam, quæ non uno loco abſurda & textui orignali contraria eſt. Operæ prætium fuerit diſpicere quam habeant hujuſce inſtituti rationem, ea autem hæc unica eſt, quia *vetus tranſlatio punctis utique cum ſit diſtincta, muſicæ organicæ quæ in eccleſiis cathedralibus & ſacellis aliquot Academicis obtinet accommadatior eſt. Vetus tranſlatio melius inſervit muſicæ organicæ*, ergo *retinenda eſt etiam* in *iſtis Eccleſiis in quibus nulla ſunt organa*: Mira profectò ratio, „dignior quę riſu quam reſponſione excipiatur. Presbyteriani certè illud ſeriò optant, ut

ut omnis musica Organica e templis eliminetur. At in eo forsan habent zelum, sed non secundum scientiam. Imo zelus iste maximè est secundum scientiam. Musica enim organica qualis apud nostros obtinet destituit omni auctoritate tum Sacræ Scripturæ, tum primitivæ Ecclesiæ, quam tamen venerari videri volunt. Aquinas *Musicam hanc adeo non laudat, ut damnet etiam, & ad peculiarem ac pædagogicum veteris testamenti cultum ableget* 22. quæs. 91. Art. 2, Unde non inconsultò colligit Cajeanus *Thomæ tempore Ecclesiam non usam esse organis.* Nec primus Aquinas Musicam hanc inter puerilis Ecclesiæ Iudaicæ nugas numeravit præiverant ei, *auctor quæst. & Resp ad orthodoxos quæs* 107. & *Chrisostо*: in 1 Cor. 14. Non opus ut alios authores referam cum ipse Bellarminus fateatur Ecclesiam per octingentos & viginti annos, hoc instrumento caruisse, si rationalem animi cultum, & devotionem Spiritualem confirmasset, citius dubio procul esset introductum. Ast inquit Durellus p. 39. *Habentur Organa in plerisque Ecclesiis reformatis quibus tantum pecuniæ suppetit, ut ea possint emere.* In plerisque ecclesiis habentur? imò a plerisque in cultu publico exulant, nec retinerentur in Ecclesiis Lutheranis, nisi Lutherum suum deseruissent, qui fatente Eckhatdo, *Organa musica inter Baalis insignia retulit.* Quod adhuc maneant in quibus-

dam

dam templis Belgicis fit invitis paſtoribus; nam in Synodo nationali Middel: anno 1581 & in Synodo Holl. & Zelan. anno. 1594. decretum eſt *procurandam eſſe apud Magiſtratum abolitionem organorum & cantus organici in templis, etiam extra cultum poſt, aut ante cantiones*; adeo uſum eorum in ipſo cultu non ferrent iſtæ Synodi.

Hucuſque progreſſus ſum antequam inciderent mihi in manus exercitationes Martini Schoockii quarum argumenta dum lego, video multa a viro Reverendiſſimo defenſitari, quæ reformationi quam moliuntur Præsbyteriani Brittannici primâ ſaltem facie adverſantur. Cum illo ſiquidem ego in arenam deſcenderem, quis mihi non occineret illud Poetæ *Infelix puer atque impar congreſſus Achilli*? ſed nec patitur inſtituti mei ratio omnes omnium antagoniſtarum exceptiones ad examen revocare. Alioqui non vererer tantum virum aggredi, & ubi a noſtris diverſus abit ſtrictim refutare, multa enim apud eum occurrunt, in quibus merito deſidero ἀκρίβειαν tum Philoſophicam tum Theologicam. Alii id agunt, ut ſuos ab omni ſpecie mali revocent, ille in eo totus eſt, ut ſuos ſequaces doceat (quod olim de ſcholaſticis dicit Morus noſtras) quam prope ad *peccatum ſine peccato* accedere poſſint. Sed non deerunt qui impetum ejus adverſus præciſiſtas retundant. Ego hic loci exercitationem ejus tricæ-

ſimam

simam excutiam, exercitationem decimam tertiam ventilaturus, cum ad librum nostrū de ordinandis diaconis, sacerdotibus, Episcopis, deventum fuerit. De musicâ organicâ in templis ita sententiam suam exponit, ut ad Presbyterianos quam Hierarchicos propius accedat. „Admittit enim Musicam organicā „in Ecclesia Christianâ pro publico usu primis „sæculis non esse receptam pag. 523. pa. 525. culpat omne illud in Musicâ quod scenam re„dolet pag. 530. ait *ubi assuevit populus absque organis canere nec infeliciter parci potest sumptibus, qui plus quam ordinarii requiruntur tum in ipsum instrumentum musicum erogandi, tum eum qui illud pulsat: absonum enim ei videtur, ut majori salario conducatur opera alicujus musici eo quod scite organum pulsare queat, quam vetbi Divini ministri cæteroquin docti & pii.* Nec suaserim inquit pag. 31. ut *organum introducatur ubi populus scite canere solitus est, ne putetur canentium attentio & devotio alia non esse, quam quatenus ab instrumento musico dirigitur.* Sed hoc solum contendit, *organa legitimè posse tolerari ad moderandum cantum Ecclesiastici cætus futurum alias dissonum.* Hanc suam assertionem, an solide contra Voetium astruat nolo pronunciare, religio enim est in alienam messem falcem immittere. Duo sunt in exercitatione, quæ nequeo concoquere. 1um. Quod dicit *tantum in novo Testamento non nisi pro exercitio*

pri

privato fidelibus injunctum esse, at patere hoc ex omnibus locis, in quibus cantus fit mentio. Apostolus, inquit, de seipso loquens, ait 1. Cor. 14. 15. Psallam spritu, Psallam etiam intelligentiâ, at de seipso, quatenus in cætu fidelium existente illa autem verba 1. Cor. 14. 26. Quoties, convenitis quisque vestrum habet canticũ non cętum oeconomicum sed Ecclesiasticum respiciunt Ephes. 5. 18. 19. 3 Col. 16. Non respiciunt privata Christianorum exercitia, ἐφυμνῖς enim explicandum esse per ἀναγνώσεις non modo autor est Beza, quem non audiendum esse dicit vir doctus, sed etiam Grotius, & tota fere interpretum cohors, nec sequitur tamen quod si cantus simplex ab Apostolo non sit præscriptus quod invaluerit ex consuetudine, potuit enim obtinere ex lege aliquâ veteris testamenti non abrogatâ, aut ex lege naturali, quæ cantum sacrum assâ voce dictat, si nulla de eo extaret lex scripta. 2.o Ejusdem farinæ est quod habet v. 1. pag. 523. ipsum *Apostolum Paulum ad Ephesios docuisse instrumentalem musicam* siquidem dicit ad Ephes. l. d. non modo ᾠδαῖς sed ψάλμοῖς quæ *sane Synonima haberi non possunt*, ita & Col. 3. meminit distincte ψαλμῶν, ὕμνων καὶ ᾠδῶν. At 1.o vix video quî hæc cum prioribus cohæreant. Si enim locus intelligendus sit de cantu fidelium in privatis ædibus (quod contendit) tum credendum est fideles vel omnes, vel plerosque

que habuiſſe in ſuis ædibus inſtrumenta muſica, ad quæ Dei laudes celebrarent, at hoc valdè improbabile eſt. 2. Syrus pro eodem habet ᾄδειν & ψάλλειν. Si tamen differant non neceſſe eſt ut ψάλλειν ſit nabli-care aut chordas lyræ, vel inſtrumenti muſi-ti pulſando leviter tangere, quamvis enim hoc ſignificat ex primariâ inſtitutione, non rarò tamen apud bonos authores ſignificat conciſum carmen Deo canere, non male ad hunc locum Hammondus noſter *Differentia horum vocabulorum accerſenda eſt a Iudæis qui habent tria genera Canticorum* מִזְמוֹר *a radice* זָמַר *amputavit, carmen conciſum, quod hic appellatur* ψάλμος 2 תְּהִלָּה *laus, de-prædicatio, celebratio, quod denotatur voce* ὕμνος 3 שִׁיר *Canticum, cantio, cui reſpon-det* ᾠδή.

Quod ad *Librum de Ordinandis Diaconis, Sacerdotibus, Epiſcopis, non erat olim cur ei ſubſcribere multum detrectaremus, nihil enim in eo erat quod diſtinctionem inter Presbyterum & Epiſcopum ullo jure Divino niti innueret, imo multa erant e quibus concluderemus Epiſ-copum & Presbyterum differre non ordine,* ſed *gradu tantum*. Dicebatur enim Epiſcopus non *ordinari* ſed *conſecrari*. Legebatur etiam in or-dinatione æque Presbyteri ac in conſecratio-ne Epiſcopi 3. um caput primæ ad Timothe-um Epiſtolæ, imo eadem verborum formu-la uſurpata eſt in creando Presbytero; quæ

Lau-

in creando Episcopo. Et hæc opinio tam altè apud nos Radices egerat, ut cum *Laudus pro gradu Doctoratus* defenderet *Episcopatum esse ordinem distinctum*, *Hollandus* qui tunc temporis cathedrâm ornabat professoriam, *ei schisma & animum ad Papismum propensum publice impingeret*. Quod ad primos reformatores Cranmerum aliosque. Ex libro manuscripto (qui est penes Eduardum Stillingfleet stupendæ eruditionis Theologum) discimus *eos ad unum omnes agnovisse*, *Presbyterum & Episcopum ἀπ' ἀρχῆς fuisse ejusdem ordinis & Officii*, *& in Regis arbitrio situm esse*, *Ecclesias suas*, *vel per meros Presbyteros*, *vel per Presbyteros cum Episcopo regere*, at cum Laudus ad dignitatem Cantuariensem evectus esset, eo crevit Prælatorum ambitio, ut *omnem potestatem*, *tum ordinis*, *tum jurisdictionis penes se solos statuerent*, *se solos Apostolorum successores jactitarent* adeò ut senatus Parliamentarius, & conventus Theologorum tandem jugum illud excuterent, & ejurarent. Quod illorum consilium multi ideo arrodunt, quia nihil de eo intelligunt. Vulgus non modo hominum sed & Theologorum omnem imparitatem Ecclesiasticam fædere solenni eliminari credit, cum tamen certum sit *eliminari illam solam Hierarchiam quæ tunc invaluit sc. regimen Ecclesiæ per Archiepiscopos*, *episcopos*, *decanos*, *decanos & Capitula*, *commissarios* hoc professus est Coleman-

lemannus in ipsamet illâ concione quam habuit coram senatu, & Theologis, cum fœdus icerent. Idem de se multisque aliis testatur Gatakerus in tractatu Apologetico contra Lilium pag. 24. 25. illo fœdere non obstante liberum est Presbyterianis recipere *præsides Presbyteriorum sive annuos sive perpetuos, non principes cleri.* Et quidem in *declaratione de rebus Ecclesiasticis* ipsem nobis fecerat *Serenissimus Rex fore ut Episcopatus, intra limites quos ei præscripsit antiquitas, contineretur*, at nunc planè eâ de spe excidimus, & tales Episcopos Ecclesiæ Anglicanæ obtrudi cernimus, *quales sine perjurio gravissimoque Ecclesiarum omnium reformatarum scandalo non possumus recipere.* Hoc ne *ex ἀμελείᾳ τῶν ἀγγέλων* scripsisse videar, age quanti sint apud nos Episcopi, & quomodo eligantur videamus. „ Cum Regi significatum „ fuerit per decanum capituli diœcesin or„ batam esse episcopo, obsignato diploma „ te concedit capitulo facultatem eligen„ di, & simul mittit literas quibus no„ minat episcopum eligendum, atque sic „ capitulo nihil aliud relinquitur, quam „ umbratilis quædam & imaginaria nomi„ nati electio. 2. Episcopi nostri diver„ sam habent consecrationem a Presbyte„ ris: quia ordine differre se dicunt a Presbyteris. 3. Singularem ordinationis

Pres-

„Presbyterïorum poteſtatem, excluſo clero,
„ſibi ſolis vindicant, atque hanc ſibi maxime
„propriam & peculiarem non fratrum Pres-
„byterorũ voluntario conſenſu ſed jure divi-
„no, aut ſaltem Apoſtolico. 4. Iuriſdictiones
„in foro interno ſeu in foro conſcientiæ pres-
„byteris competere dicunt, ſed commiſſam
„tantum, & ab epiſcopo delegatam cujus vi-
„carii ſunt, cũ ille ſolus totius diæceſeos pa-
„ſtor ſit: Quare exercitium hujuſce juriſdic-
„tionis in foro conſcientiæ epiſcopis ſubditũ
„eſſe volunt, ita ut præsbytero ordinato non
„liceat concionari, aut ſacramenta admini-
„ſtrare, niſi facultate ab epiſcopo prius con-
„ceſſa. 5. Omnem externi fori juriſdictio-
„nem excluſis presbyteris ſibi ſolis vendi-
„cant ita ut eos conſulere dedignentur, quod
„ſi eorum conſilio aliquando utantur illud
„non ex neceſſitate, ſed liberâ ſuâ voluntate
„fieri dicunt, & presbyterorum ſuffragia
„nolunt eſſe deciſiva, ſed ſolum conſultiva
„& deliberativa. 6 Excommunicandi po-
„teſtatem ſibi ſolis arrogant, ut & ſolvendi a
„ſententiâ excommunicationis latâ, ſoli cleri-
„calem diſciplinam exercent, aut per ſe aut
„per officiales cancellarios a ſe deputatos, qui
„ſacro Presbyteratus ordini nunquam initiati
„fuerunt. 7. Singulares illas Prærogativas
„ſupra Presbyteros & Presbyterorum colle-
„gia jure divino ſibi vendicant, & epiſcopa-
„tum neceſſarium eſſe dicunt, & presbyte-

ros

„ros aliarum Ecclesiarum reformatos fratres „non agnoscunt; sed si apud nos frui velint beneficio Ecclesiastico reordinant. Hujusmodi Episcopos antiquitatem nullatenus agnovisse abunde probarunt. Blondellus, & quisquis autor erat *Historiæ motuum nuperorum in Scotiâ*, cujus penecillo Episcopos nostros depinximus; Meum erit evincere modernas Ecclesias eosdem damnare Episcopos. Libet dispicere in Lutheranas, & Reformatas, non quod Lutheranæ reformatæ non sint, sed quod non soleant κατ' ἐξοχὴν ita appellari. Durellus pag. 4. 5. pertendit *dari in omnibus Ecclesiis quæ Augustanam confessionem sequuntur, vel Episcopos & Archiepiscopos, vel Abbates & præpositum, vel certè superintendentes, qui nomine potiùs quam re ab Episcopis Anglicanis dissentiunt.* At alia mens Amyraldo Irenic: pag. 196. *pati nos docet ut inter eos vigeat ordo superintendentium, qui & multas utilitates & commoditates habet, & multum subsidit infra autoritatem Episcoporum.* Ecclesia Wittebergica laudat (artic. de ordine) sententiam Hieronymi in quâ asseritur *identitas Presbyteri & Episcopi.* In Synodo Cracoviensi Anno 1573. convenerunt ministri & superintendentes confessionum Augustanæ, fratrum Bohemorum, & Helveticæ. Quid ibi fit? ex Xantensi Synodo constitutiones leguntur. De superintendente, ut certo in loco fungatur Officio Ministri, & ut munus

„ejus a Synodo ad Synodum duret, & juxta „Sententiam Synodi, aut is retineatur, & „approbetur, aut alius eligatur, & constitua„tur. In ordine Ecclesiastico Bugenhagii „Lubecensibus Hamburgensibus, Brunswi„censibus scripto An. 1531. mentio fit de „superintendente, sed cui injungitur ut cer„to in loco conciones habeat suas, nec non „adjungatur ei adiutor. Ne nimius sim, nulla est Ecclesia Lutherana, quæ Episcopos quales sunt in Anglia nostrâ non impugnat: Habemus Lutheranorum concordiam Lypsiæ impressam in quâ continentur Augustana confessio, & pro eadem apologia, Articuli Smalcaldici, Lutheri Cathechismus major & minor, ex hisce libris Symbolicis constat quænam sit Lutheranorum Sententia de Episcopatu. Certum est Melancthonem Episcopis in Augustanâ confessione aliquid concessisse, quo nomine quantum a fratribus incusatus fuerit, ipse non uno in loco conquiritur. At nunquam Melancthoni in mentem venit Episcopum jure divino esse presbytero superiorem, aut soli Episcopo competere potestatem vel jurisdictionis, vel ordinis. Subscripsit enim Articulis Smalcaldicis in iis autem titulo de potestate & jurisdictione Ecclesiastica ea dicuntur quæ Hierarchiam Anglicanam plane evertunt: Evangelium tri„buit his qui præsunt Ecclesiis mandatum „docendi Evangelii, remittendi peccata, ad-

„ministrandi Sacramenta, præterea juris-
„dictionem. Ac omnium confessione (N.B.)
„etiam adversariorum liquet hanc potesta-
„tem jure divino communem esse omnibus
„qui præsunt Ecclesiis, sive vocentur pasto-
„res, sive presbyteri, sive Episcopi, ideoque
„Hieronymus, &c. Sed una res postea fecit
„discrimen Episcoporum & Pastorum viz.
„Ordinatio. Quia institutum est, ut unus E-
„piscopus ordinaret Ministros in pluribus
„Ecclesiis. Sed cum jure divino non sint di-
„versi gradus Episcopi & Pastores manife-
„stum est ordinationem a Pastore in suâ Ec-
„clesiâ factam jure divino ratam esse. Paulo
„post: constat jurisdictionem illam commu-
„nem excommunicandi reos manifestorum
„Criminum pertinere ad omnes Pastores
„hanc tyrannide ad se solos transtulerunt, &
„ad quæstum contulerunt. Vix faciunt hæc
„opinor ad salivam Durelli, in iisdem tamen
„Articulis sunt alia ejusdem farinæ Articulo
„decimo. 3.æ partis. Si Episcopi recte offi-
cio suo fungerentur, & curam Ecclesiæ & E-
vangelii gererent, posset illis (N. B.) nomi-
„ne caritatis & tranquillitatis non ex ne-
„cessitate permitti, ut nos & nostros concio-
„natores ordinarēt & cōfirmarent, hac tamē
„cōditione, ut seponerētur omnes larvæ, præ-
„stigiæ, deliramenta, & spectra pōpæ ethni-
„cæ. Quia vero nec sunt, nec esse volunt verā
„episcopi, sed politici dynastæ & principes

„nec concionantur, nec docent, nec bapti-
„zant, nec cænam administrant, nec ullum
„opus Ecclesiæ præstant, sed eos qui vocati
„munus illud subeunt persequuntur, & con-
„demnant, profecto ipsorum culpâ Eccle-
sia non deserenda, nec Ministris spolian-
da est.

Erat in animo (mi Theophile) transcribe-
re quædam huc facientia ex Systematibus &
locis communibus Theologorum celebrio-
rum qui confessionem Augustanam invaria-
tam sequuntur, sed metus suborituri tibi tæ-
dii sufflaminat. Confero me ad Ecclesias Re-
formatas: hac tamen protestatione priùs
factâ, quod si Durellus vel unum Theologum
Lutheranum adducere possit, qui episcopum
qualem prius descripsi non improbat herbam
ei porrigam.

In confessione Helveticâ quam proba-
runt Ecclesiæ Anglicæ, Scoticæ, Gallicæ,
Belgicæ, Polonicæ, quoque Hungaricæ atque
Germanicæ multæ cap. 18. dicitur disertè
„data est omnibus in Ecclesiâ ministris una
„& æqualis potestas sive functio: certè ab
„initio episcopi vel presbyteri Ecclesiam
„communi operâ gubernaverunt, nullus,
„alteri se prætulit, aut sibi ampliorem po-
„testatem Dominiumve in Episcopos usur-
„pavit, interea unus aut certus aliquis mi-
„nistrorum cætum convocavit, & in cæteros
„consultandas proposuit, sententias item
alio-

„aliorum collegit, denique ne quæ oriretur „confuſio pro virili cavit Eccleſia Gallica„na in confeſſione exhibitâ Carolo nono ar„tic. 30. credimus omnes veros paſtores, „ubicunque locorum locati fuerint, eadem „& æquali inter ſe poteſtate eſſe præditos, „ſub unico illo capite, ſummoque & ſolo „univerſali epiſcopo Ieſu Chriſto. Ac pro„inde nulli Eccleſiæ licere ſibi in aliam im„perium aut dominationem vendicare in „diſc. Eccleſiæ Gallicanæ cap. 1. art. 18. re„jiciuntur nomina ſuperioritatis, quemad„modum ſeniorum Synodi, ſuperintenden„tium & ſimilium: in ordine Genevenſi non „longe ab initio dicitur. Si Eccleſiam cupia„mus intergram oportet obſervare iſtam re„giminis formam ſc. per Paſtores, Doctores „Seniores & Diaconos. Confeſſio Belgica ar„tic. 31. Ubi locorum ſunt verbi Dei mini„ſtri, eandem illi, & æqualem omnes habent „tum poteſtatem, tum authoritatem, ut qui ſint omnes æque Chriſti unici illius epiſcopi „univerſalis, & capitis Eccleſiæ, miniſtri. Eccleſiam Scoticanam ab initio floruiſſe ſine epiſcopis certiſſimum eſt, quicquid contra cornicatur Spotswoodus. Sub primis reſtitutæ illius eccleſiæ initiis legimus de ſuperintendentibus, ſed qui eligebantur ab eccleſiis quos curabant, ac Synodis tenebantur rationem reddere omnium actionum, quarum judicio ſeſe ſubmiſerunt. Imo creaban-

tur isti superintendentes ab iis qui ipsi non erant superintendentes. At apud fratres Bohemos saltem sunt Episcopi sive vigiles, aut antistites: Certe sed qui ab Episcopis Anglicanis multum distant. 1. Enim Ministrorum omnium suffragiis eliguntur. 2. Dignitas eorum præ cæteris Ministris non in honorum, aut redituum, sed laborum, & præ aliis curarum prærogativâ fundatur. Qui major est inter vos sit tanquam minor, & qui præcedit tanquam Ministrator. Et juxta Apostolorum Canones presbyter & Episcopus unum idemque sunt. 3. Excommunicatio Ministri non isti sed toti Synodo competit. 4. Tenetur consentiorum judicio subesse, admonitionemque, consilium & increpationem admittere. In ordine Ecclesiastico Hassorum qui prodiit. Anno 1566. Agitur singulari capite de vocatione, electione, & ordinatione Episcopi aut superintendentis; at quale sit istius superintendentis Officium discimus ex Zeppero: „Unum quendam ministrum, ætate, „eruditione, zelo, pietate, experientiâ, „aliisque donis spiritualibus præstantiorem „communibus suffragiis elegerunt Ecclesiæ, „qui secundum verbi divini normam, & leges ei consentaneas, à Synodo Ministrorum & Magistratu pio, tanquam nobiliori Ecclesiarum membro unanimi cõsensu & approbatione receptus, sine primatus cujusdam, superioritatis, & Domi-

nii

„nii in collegas & confratres usurpatione, „aut e communi Ministerij ordine, officio, „& legibus exceptione, & immunitate, „primariam Ecclesiarum curam humeris „sustineret. Ecquem esse putes qui contra testimonia tam diserta quicquam hiscere audeat? Et tamen Durellus mire sibi persuadet, si Synodus convocaretur ex reformatis ecclesiis eam pro regimine Ecclesiastico Anglicano pronunciaturam, experiamur de singulis. pag. 117. Ecclesias Belgicas approbare Hierarchiam Anglicanam quatuor Argumentis contendit, sed tam futilibus, ut nauseam creatura sint, dubio procul cordato lectori, quia tamen secundum iterum inculcat pag. 168. illud ad examen revocare non pigrabor. *Bogermannus* in *Synodo Dordracenâ quoties allocutus est Episcopum Landaffensem solebat illum præsulem reverendum & reverendissimum in Christo Patrem salutare.* Ergo *Ecclesiæ Belgicæ approbant Hierarchiam Anglicanam.* Ecquid non despuis Theophile? pari ratione colligas Ecclesiam Anglicanam approbare Papatum, quia Rex Carolus 1.mus cum Princeps esset in Epistolâ, quam ad Papam conscripsit, eum *Sanctissimum Patrem* compellavit, aut Calvinum Pontificiæ religioni addictiorem fuisse, quia *Regem Galliæ regis Christianissimi titulo, insigniviit.* 2.o Probat pag. 130. 121.

Ecclesiam Gallicanam stare a partibus præsu-
„lum Anglicanorum, eo quod Ioannes An-
„tonius post colloquium Possiacum quam
„primum reformatam religionem amplexus
„est, a Gallis unanimiter ut verus episcopus
„agnitus est, & receptus. Recte, agnitus est
ut verus episcopus i. e. agnitus legitimus
verbi concionator, non agnitus est perpe-
tuus Presbyterii præses, multò minus ei con-
cessum est omnia nutu suo dirigere non ex-
pectato Presbyterii consensu. Incessit ani-
mum boni viri scrupulus, an possit munus
pastoris obire, eo quod non haberet eccle-
siæ & populi confirmationem seu electionem
inde (utar ipsissimis verbis Petri Martyris in
Epistolâ ad Bezam.)

*Seniores Ecclesiæ reformatæ accersivit, roga-
vitque, ut piè ac prudenter dispicerent, an eum
vellent eligere, & confirmare, ac pro Episcopo
habere, quod si judicarent faciendum, se datu-
rum operam ut sicut cæpit ita pergeret, ecclesiam
sibi commissam docendo & hortando, pro viribus
ædificare, & augere, sin verò existimarunt il-
lum minus idoneum ad tantum munus, libere at-
que apertè dicerent, se autem paratum esse loco
cedere, modo ei liceat in ecclesiâ reformatâ vi-
vere, juxta sanctam Evangelii disciplinam roga-
vit ut ea de re mature in Ecclesiâ deliberarent
quod cum factum esset ab omnibus unanimiter ut
verus episcopus agnitus est & receptus* Nov. 16.
1561.

Sed

Sed ut omnibus constet quam vel ofcitanter, vel subleste hac in causa egerit Durellus verba ejus Anglicana ut & Gallica, Authoris Historiarum in regno Galliæ utraque Latinitate donata, & juxta se posita Lectori pensitanda exhibebo.

Durell. pag. 120. 121.

Iohannes Antonius de Illustri familiâ Coraciolorum, filius Illustrissimi Principis Melfensis, vir bene eruditus, cum esset Episcopus Trecensis in Provinciâ Campaniæ, convictus est de veritate doctrinæ, quam profitentur Ecclesiæ reformatæ, ast cum cuperet conversionem suam prodesse plebi suæ diœcesios, quod quidem fieri vix posse credidit, nisi ii qui jam amplexi essent reformatam religionem, sese sub regimini permitterent, eumque agnoscerent pro Episcopo & Pastore, cum.

Historiæ Ecclesiasticæ. p. 767. Tom. 1.

„ Sub finem Sep-
„tembris Dominus
„Antonius Coracio-
„lus, Episcopus
„Trecensis, rever-
„sus e Colloquio
„Possiaceno (ubi
„utcunque profe-
„cerat) solliciratus a
„quibusdam Princi-
„pissis, aliisque do-
„minis Aulicis,
„comparuit coram
„Synedrio Eccle-
„siæ Trecensis, co-
„rores solemniter
„agnoscens, ac ro-
„gans ut ad ministe-
„rium admitteré-
„tur, quâ de re cum
„contrariæ essent

eum in finem ſeſe iis applicuit, qui quidem eum agnoverunt, & regimini ejus lubentiſſimè obtemperarunt, hæc eorum ſubmiſſio approbata eſt unanimiter, ab omnibus eorum fratribus, ut & à Petro Martyre, eum pertranſiret illud oppidum in reditu a Colloquio Poſſiaco.

„Sententriæ, aliis „exiſtimantibus ma„gni uſus futurum „eum ad ſuas par„tes attrahere, aliis „verò (nec ſine cau„ſâ ſuſpectum ha„bentibus levitatem „& vitam impudi„cam hujuſce E„piſcopi huc uſque „nimis notam, con„cluſum eſt, exqui„renda eſſe ſuffra„gia miniſtrorum „qui adhuc congre„gati erant Poſſiaci, „quibus utcũq; per„plexis propter va„rias circumſtanti„as, quæ publica„bantur, concili„um petitum eſt, „ab Eccleſiâ Gene„venſi, cujus opi„nio Scriptis conſi„gnata reperitur in Latinis Reſponſionibus „Ioh. Calvini, interea Trecis tranſivit „magnus ille vir Petrus Martyr, rediens „Poſſiaco ad ſuam Eccleſiam Tigurinam, cu„jus concilio Epiſcopus factâ abjuratione &

ſubſi-

„subsignatâ confessione fidei, postquam pro-
„misisset se Episcopatum suum deserturum
„admissus est ad ministerium, non tamen
„sine contradictione, nam ei se opposuit u-
„nus Pastorum nomine Petrus L'Roy, nihil-
„ominus deserto Episcopatu, ac ceptis qui-
„busdam pensionibus, quas regina ipsi con-
„cedi jussit, concionatus est, sed verbis
„abundabat magis quam ullâ aliâ re Ve-
„rum pessimè postea se gessit, ut dicetur
„suo loco, sed quicquid fuerit Ecclesia Tre-
„censis crevit.

At obstrepit Durellus ex Thuano Tom. 2. ad An. 1561. *Præsules Pontificios exemplum veritos apud Regem perviciisse ut hic Antonius dignitate moveretur*; Bene habet erat quod exemplum vererentur, si enim hoc obtineat nullos Episcopos ritè vocari, nisi qui *Seniorum* & *Plebis* suffragiis fuerint electi, actum planè est de *Papâ Romano*, actum de *Episcopis Papanis*, actum etiam de *Episcopis Anglicanis*, in quorum electione & vocatione, quam nullæ sint partes Seniorum vel Plebis nimium notum est, verebantur etiam præsules ne assiduitate Antonii in prædicando Evangelio, illorum vel sugilletur negotiũ, vel damnetur otium, atque utinam non esset cur & nostri præsules hac ex parte pertimescerent, certè priusquam grassaretur apud nos bellum Civile, adeo exiluit inter Episcopos præ-

prædicandi munus, ut quidam ex iis *Usherum Archiepiscopum Armachanum* eo quod in concionibus frequens esset, non erubesceret appellare *A prating coxcombe* quâ phrasi nihil est apud nostrates ignominiosius: alter adhuc superstes (& superstit precor dum pœnitentiam egerit) ausus sit, *Deo gratias agere quod nullam per totam suam diœcesin Lecturam haberet, & pastorem quendam suspendere ob habitam tempore pomeridiano concionem Funebrem*; & ne videantur sine ratione insanire prætexunt prædicationem, *necessariam fuisse quidem cum in cunis vagiret Ecclesia, non tamen adeo necessariam esse postquam adoleverit*: Nimirum sufficit hodie ad ingenerandam & fovendam pietatem, si scripturæ sacræ absque omni enarratione legantur, *Quæstiones* & *Responsiones Catechetica* nude recitentur, *Preces Communes* fundantur, hinc sollicitè cavetur ne preces istæ, sed conciones potius decurtentur. Non ea erat mens antiquorum nostrorum Theologorum, a quibus approbata est Helvetica Confessio, quæ sic statuit cap. 23. „Modum esse decet in re qualibet, „ita & in precibus publicis, ne nimis fiant pro„lixæ & molestæ, cedant ergo potiores par„tes in cœtibus sacræ Doctrinæ Evangelicæ „caveaturque ne nimis prolixis precibus fatigentur in cœtu populi, ut cum audienda „est prædicatio Evangelii, vel egredi ex cœ„tu, vel hunc in universum solvi cupiant de-

„fati-

,,fatigati: Male metuo ne & ipsæ *preces com-*
,,*munes* in contemptum abeant, & cere-
moniis chorcisque cedant, Refert enim,
R. A. Theologus si quis alius mentiri
nescius, in *vindiciis pietatis* p, 132. *Lyturgicũ quendam pro concione dixisse in Templo Bæ. Mariæ Oxonienſi. Observationem diei diminicæ sitam esse in officiis partim ceremonialibns, partim ſubſtantialibus*: Prædicatio, inquit, *est ceremonia religiosa, oratio est ceremonia religiosa sed genuflexio ad nomen Iesu, statio dum leguntur Symbola & Evangelia, piæ & religiosæ ẽpulationes, piæ & religiosæ ſaltationes, ſunt ſubſtantialia diei Dominicæ. Et Episcopus ille dequo ſupra memini, præcepto ſuo diligenter cavit, ne Presbyteri auditores ſuos in legendis precibus nimis diu detinerent quo vacarent encæniis celebrandis, in encæniis autem (vulgo Wakes) luxu diffluere & plane Bacchanalia vivere ſolet.*

At de deverticulo in viam. Petrus Molinæus (ait Durellus pag. 150. 260.) in Thesibus Sedanenſibus asserere non est veritus, *Episcopos Angliæ post conversionem ad fidem, & ejuratum papismum fuisse fideles Dei servos, nec debuisse deserere vel munus vel titulum episcopi.* Rectè quidem Molinæus. Non debebant munus & titulum episcopi deserere: i. e. non debebant omnia ad se rapere, sed assiduo concionari, & potestatem tum ordinis tum jurisdictionis cum Presbyteris communicare,

hoc

hoc si faceerent de titulo *Episcopi* nullam iis litem moveremus.

3. Probare satagit Durellus ecclesiam Genevensem quæ Presbyterianismi vulgò parens creditur Hierarchiam Anglicanam non damnare pag. 150. 151. &c. eo quod senatus populusque Genevensis responderit. *Duci Sabaudicæ, episcopo reditum liberum fore, modo sui nominis memor episcopum secundum Dei verbum agere velit.* Quis quæso Presbyterianus tantundem non diceret? ne tamen nimium tribuisse videretur Durellus Ecclesiæ Genevensi addit pag. 160. *se vix posse condonare ei quod in locum episcopi ejecti alium non surrogaret, nisi moueret eum authoritas Hookeri, qui pronunciat ἀδιαφορίαν fuisse, ut in isto rerum statu crearetur novus Episcopus.* Magnas sane Durello debent gratias Genevenses quod non credat eos obligari ad impossibile. Verum cum Hookeri ἀδιαφορία sit merum figmentum ex manifestâ ἀντιφρασίᾳ natum, non magis rediit in gratiam Ecclesia Genevensis cum pastore Sabaudiensi, quam cum duce Sabaudiensi. Sed nec opinor redibit.

At Calvinus regimen Hierarchicum approbavit maxime, & credidit, illud prout indubie est, institutionis esse Apostolicæ Durell. pag. 161. *obstupuisti* opinor (Theophile), cum hæc legeres, *& vox faucibus hæsit.*

ſit. Num Calvinus quem ut magiſtrum ſuſpiciunt Presbyteriani, in cujus manes tam impotenter debacchantur Hierarchici Epiſcopatum inſtitutionis eſſe Apoſtolicæ credidit? hoc ſi probatum det Durellus ad Pollinctorem mittat illicò, qui Miniſtrorum ἰσοψηφία funus faciat, & diſciplinam Genevenſem efferat ac condat. „ Huc (inquit) „ſpectare videntur, quæ ſcripſit Calvinus „ad Sadoletum Cardinalem, diſciplinam „qualem habuit vetus Eccleſia nobis deeſſe, „neque nos diffitemur, ſed cujus erit æquita„tis nos everſæ diſciplinæ ab iis accuſari, „qui & eam ſoli ſuſtulerunt penitus, & cum poſtliminio reducere conaremur nobis hac„tenus obſtiterunt. Quantum ergo audio regimen Hierarchicum eſt diſciplina, illa quam ſoli Papani ſuſtulerunt, & quæ ne in Eccleſias Reformatas reduceretur obſtiterunt. Ecquid erat ſanum ſinciput Durello quum hæc ſcriberet? Sed laudat etiam epiſtolam ad veterem amicum tunc præſulem pag. 162. in eo ſcribit Calvinus *Epiſcopatum a Deo, profectum eſſe, & epiſcopi munus Dei autoritate conſtitutum* & *legibus definitum* certe epiſcopatus, Calvino erat juris divini ſed epiſcopatus *gregis* non *cleri*. Nondum finis nugandi, provocat enim pag. 163. ad epiſtolam quam Sereniſſimo Poloniæ regi in ſcripſit Calvinus, in quâ fatetur veterem eccleſiam Patriarchas inſtituiſſe, & ſingulis

etiam

etiam Provinciis quosdam attribuisse primatus, ut hoc concordiæ vinculo melius inter „se divincti manerent Episcopi, quemadmo„dum si hodie illustrissimo Poloniæ regno unus præesset Archiepiscopus, non qui Do„minaretur in reliquos, vel jus ab illis erep„tum arrogaret, sed qui ordinis causa in Sy„nodis primum locum teneret, & sanctam „inter collegas suos, & fratres unitatem fo„veret. Essent deinde vel Provinciales, vel „urbani episcopi, qui peculiariter ordini „conservando intenti forent. Sicuti hoc na„tura dictat unum ex singulis collegiis deli„gendum, cui præcipua cura incumbat. Vetus ecclesia (bone Durelle) non est Apostolica ecclesia, unicum hoc tibi possit sufficere, sed respondeat amplius pro Calvino Witak: contr. 4. qu. 1. cap. 2. *Dat quidem Calvinus fuisse olim in singulis Ecclesiis Episcopos singulos, in provinciis Archiepiscopos, & Patriarchas, sed nullum his Calvinus aut episcopis aut archiepiscopis principatum, vel Dominium in reliquos fratres tribuit.* Imo respondeat ipse Calvinus Inst. lib. 4. cap 4. „ Non sic hono„re, aut dignitate superior erat episcopus, „ut Dominium in collegas haberet, sed quas „pares habet consul in Senatu, ut referat de „negotiis, sententias roget, consulendo, „monendo, hortando aliis præeat, authori„tate suâ totam actionem regat, & quod de„cretum communi consilio fuerit, exequa-

tur

„tur, id muneris sustinet Episcopus in cœtu „Presbyterorum, atque id ipsum pro tem„porum necessitate fuisse humano consensu „inductum, fatentur ipsi veteres. Ab eodem „Calvino in 1. Cor. 5. profecta illa vox quam „aures Durellianæ nequeunt ferre. A Chri„sti, Apostolorumque instituto, ab ordine „Ecclesiæ, ab ipsâ denique æquitate alienum „est, penes unum hominem hoc jus deponi, „ut quos velit arbitrio excommunicet; legan„tur quæ ibi sequuntur, quæque commen„tatus est idem in Actor, 15. concederet Cal„vinus quod & nos concedimus, ut ille in om„nium consensu præsidendi partes delatæ sunt honoris prærogativâ cæteris antecellat, nul„lam unquâ agnoscit ἀνωτέρειαν potestatis sive functionis & muneris distincti, nec nos a„gnoscimus. Eadem *Clarissimo Bezæ* mens quem frustrà ad partes suas sollicitat Durellus pag. 167. 168. nullibi ille ordinem quem prisci apud se ædificandis Ecclesiis accommodum putarunt insectatur, sed tamen ordinis hujus in superioritatis & imperii gradum mutationem passim damnat. Nimis notum hoc ex tractatu, quem de diversis ministrorum gradibus inscripsit. Hac unâ observatâ distinctione sordent quæcunque vel ex *Bucero Zanchio*, *Amyraldo*, *Ludovico Capello*, *Daneo*, *Bullingero*, vel *Principe Anhaltino*, *Iacobo Lectio*, *Causabono*, *Salmasio* ad Episcoporum ἀνωτέρειαν statuminandam adducit Durellus

rellus cui solens est testimonia numerare potius quam ponderare, Bullingerum, & Martinum Bucerum non alias assignare episcopo partes, quam assignavit Calvinus disco ex Gersone, Bucero pag. 290. 291. ab hisce diversum non abire Hieronymum Zanchium constat ex eodem pag. 292. 293. Petrus Martyr summe laudat Apologiam pro Ecclesiâ Anglicana ab incomparabili Iuello conscriptam, *hinc infert Durellus eum Hierarchiam Anglicanam approbâsse, ut & omnes ritus, ac ceremonias in ea institutas pag. 252.* At si Apologiam illam perlegisset ejusque defensionem, non ignorasset a Iuello *purgari Aerium ab Hæresi, & discrimen inter episcopum* & *Presbyterum ab humanâ institutione derivari.* Capellus vero & Amyraldus in Thesibus Salmuriensibus de diversis ministrorum gradibus, & excommunicatione datâ operâ probant, neque potestatem ordinis neque jurisdictionis solis episcopis competere. Legantur istæ theses ut de immani Durelli audaciâ constet. Restat ut Schoockium ad partes vocem; ille autem in exercitatione suâ de regimine Presbyteriali nobis, πόλεμον οὐκ ἀγγέλλει *in eâ sum* (inquit pag. 172.) *& semper fui, sententiâ, secundum scripturas. 1. nullum discrimen intercedere inter Presbyterum & Episcopum, multo minus hunc illo superiorem esse, neutiquam autem hinc vindicari posse*

ſe aliquid ſecularis poteſtatis : ad hoc exiſtimo regimen Præsbyteriale , quale in Eccleſiis Belgicis receptum eſt , juri divino per omnia conſentaneum eſſe pag. 174. *optat ut in omnibus Eccleſiis orthodoxis æqualitas æque locum habere poſſit , atque in eccleſiis Gallicis & Belgicis conſtantiſſime obſervatur.* Quid ergo eſt quod virum Reverendum male habet ? *Quod quidam non contenti propugnare Presbyteriale regimen , & æqualitatem Miniſtrorum , ſimul ſpeciatim ſtilum ſuum dirigant adverſus fratres arguendo quaſi epiſcopatum Anglicanum* , aut *regimen Eccleſiæ Palatinæ.* Factum hoc ait , a Voetio & ſequacibus , at audi quæſo clariſſime Schoocki. *Collega tuus plurimum honorandus* calamum ſtrinxit adverſus *Prideauxium* Epiſcopum (ſi quis alius) Doctrinæ orthodoxæ tenaciſſimum , nec poteſt quis propugnare Præsbyteriale regimen niſi inſurgat in Ardeliones Anglicanos, qui epiſcopatum ad ipſum eſſe Eccleſiæ neceſſarium eſſe vociferantur. Eccleſia Palatina fruatur quod per presbyterianos licebit,ſuo regimine,quæ tamen ſi omnimodâ æqualitate gauderet, firmius muniretur contra molimina ambitionis & typhi ſæcularis.

Vides jam tandem (viramiciſſime) quantum mihi debeas , qui tuo ſuaſu devorari tedium refutandi paralogiſmos Durellianos. Si quid reponatur tuum erit de re-

replicatione prospicere. Quum enim morbis quibuscum indies conflictor moneant exiguam portionem hujusce vitæ mihi superesse, religio est in hujusmodi næniis rei pretiosissimæ ulteriorem jacturam facere. Dum operam impendo abstergendis calumniis parasitorum, sentio minui mihi aliquâ ex parte tranquilitatem animi, & perire dulcedinem studiorum. Nec dubito quin ex hujusmodi conflictationibus fædam voluptatem capiant maleferiati papistæ & sectarii quibus nollem ego exultandi materiam subministrare. Anglicanam Ecclesiam veram Christi Ecclesiam esse pertendo, prædicantur in eâ omnia capita fundamentalia fidei Cbristianæ, & quidem ita fideliter prædicantur a nonnullis Conformistis, ut non dubitem me istorum cætibus adjungere. Aliud est Lyturgiam & Ceremonias in eâ præscriptas subscriptione non approbare, aliud cum Lyturgicis nullam communionem colere, a seperatione æque ac a superstitione metuo. *Percussit Deus pastores, & disperguntur oves, Tu vero quem ut animarum nostrarum episcopum suspicimus, & ἀρχιποιμένα faxis ut defleamus illa peccata ob quæ meruimus de vinea tuâ ejici, ut super custodiam nostram stemus & figamus gradum super munitionem, & contemplemur, ut videamus quid dicatur nobis, & quid respondendum sit, ad arguentem nos. Effunde etiam spiritum amoris, & Caritatis, ut non*

mod

modo inter nos non dissentiamus, sed & hostes infensissimos animitus diligamus. Gregem quoque nobis a te commissum consiliis tuis dirigas, ne nugis ceremoniarum dediti, simplicitatem Evangelii tui fastidiant. Sanctificemur & mundemur omnes & λύτρῳ τῷ ὕδατι & ἐν ρημάτι quo tandem sistamur patri, Ecclesiâ Magnifica, neque sordes habens, neque rugam senilem, neque quid hujusmodi: & consequamur incorruptibilem illam justitiæ coronam quam sanguine tuo pretiosissimo acquisivisti, & custodis in illum beatissimum Diem. Tibi Clementissime Iesu una cum Patre & Spiritu Sancto sit omnis laus, & Benedictio, & Gloria in Sæcula, Amen.

Monendus es Lector Candide, unum, atque alterum: & illud quidem imprimis, Phrasin illam, Regem *Supremum* esse *caput* & *Gubernatorem* tam malè sonare ut præstaret nunquam auditam fuisse, Angliæ tamen Presbyteriani ab eâ non abhorrent: Etsi enim incomparabilis Calvinus in Comment: ad Amos: hunc titulum reprehendat, quatenus a Gardinero Episcopo Winoniensi explicabatur: cum tamen Convocatio tota declaraverit Supremæ Gubernatricis titulo nihil aliud denotari, quàm prærogativam in Sacris literis ab ipso Deo Principibus tributam, hoc est, ut omnes status & gradus hominum a Deo sibi commissos, & sive temporales, sive Ecclesiasticos

ſticos, gubernent, & refractorios ac malefactores civili gladio coerceant, non detrectamus hoſce titulos. Sunt dubio procul eædem Regis Caroli partes in Eccleſiâ Anglicana, quæ olim fuerunt Ioſiæ in Iudaicâ; Non habet poteſtatem Eccleſiaſticam, ſive ordinis ſive juriſdictionis habet tamen in Eccleſiaſticis: Non habet poteſtatem clavium quæ immeditatè refertur ad remiſſionem aut retentionem peccatorum, habet poteſtatem gladii, quæ operatur circa exteriorem hominem, protectionem præſtans obedientibus, & externas pœnas infligens rebellibus & inobedientibus; Munus ſuum exercere poteſt in eâdem materiâ in quâ Miniſtri & presbyteri exercent, ſed non eâdem formâ & modo: gaudet poteſtate coactivâ, non definitivâ aut directivâ in cauſis fidei, poteſtate objectivâ ſeu defenſivâ circa Eccleſiaſtica non vero poteſtate quæ ſit formaliter & intrinſicè Eccleſiaſtica. Hæc è noſtris Theologis uberius explicanda erant ut occurrerem inverecundæ calumniæ Epiſcopi Morlæi, qui referente Bocharto in Epiſtolâ ad eum datâ, hoc noſtrum eſſe placitum ſcribit. *Presbyteros in iis omnibus, quæ ad Eccleſiam quoquo modo pertinent, ſummam habere poteſtatem, nec ab eorum collegio ſummo ullam dari provocationem: item Reges poſſe vi & armis a ſubditis cogi in*

or-

ordinem, & si se præbeant immorigeros de sedio deturbari, in carcerem conjici, sisti in jus, per carnificem denique capite plecti. Quanto modestius & verius Lancelotus Andrews Episcopus Elienſis? *Præsbyterio forte lis est cum Episcopis, cum Rege nulla est, utrobique Regi defertur, ultro utrinque quod Cæsaris Cæsari redditur.* Ad Bellarmini Apol. Respon. cap. 1mo. pag. 24. Dein monendus es, me, ob rationes quas habui multas & graves, secundam declarationem quæ facienda est ab omnibus, qui beneficio gaudent ecclesiastico, consulto prætermisisse, quam tamen nihil ut causæ nostræ te lateat latinè conversam exhibebo, & quidem ita simpliciter, ut pœne vox voci respondeat. *Ego A. B, declaro quod non licet sub quovis prætextu adversus Regem arma gerere, & quod detestor proditoriam illam distinctionem arma gerendi virtute Regiæ authoritatis, contra Regis personam, aut contra illos qui ab eo commissionati sunt. Et quod conformem me præstabo Liturgiæ Ecclesiæ Anglicanæ, prout jam legaliter stabilita est. Declaro insuper me in eâ esse sententiâ, neque me neque ullum alium, per juramentum vulgo dictum Solennem Ligam & Fœdus obligari, ad enitendam ullam mutationem, aut alterationem Regiminis*

sive

sive Ecclesiastici, sive Politici : illudque juramentum fuisse in se illicitum, impositumque subditis hujusce gentis contra notas leges & libertates Regni. Vale, & pacem Hierosolymæ precibus tuis promovere ne desinas.

FINIS.